Injuncto illi fuit mens à Deo, ut non solum ipse sed et tota Rusia unionem fidei acceptaret, atq; sedi Apostolicæ se copularet. Diu intra se continuit eam sententiam, quam postmodum Hippatus Pociy affini suo aperuit, modumq; ostendit hunc. Ut Pociy Metropolitana sede acceptaret, eaq; occupata, magna cum parte Cleri rituum greci, Romam ad reddendam obedientiam sedi Aplice, ipsius Ducis summe atq; impensis proficisceret. Annuit Pociy. Sed quemadmodum Pomeranorum ingenia precessera, nactus Metropolitanam dignitatem Pociy inconsulto Duce, Romam perrexit, nolens à schismaticis sacris initiari. Rome ergo sacris cum initiatus fuisset et obedientiam summo Domino prestilisset, in Patriam rediit atq; invito consilio cum Serenissimo Sigismundo B. et antistitibus rituum latini, synodum indicit Brestel Lithv. Cui synodo preesse debuit Illust. Joannes Demetrius Solikowski Archiep. Leopold, cum multis doctissimis rituum Latini et Graeci sacerdotibus. Res ea bilem movit Duci, quod in suo non tam eximium opus tractari debuisset. Quare, qui promotor Unionis esse voluit, capitalis hostis extitit, atq; totam illam synodum turbavit, ad quam magna multitudo Rusorum una cum Duce, cum tormentis Bellicorum apparatu convenerat. Unde cum ratio et modestia

Quid unione
impediverit.

Romanae Ecclesiae conjunctorum, pestinaciam et perniciam
 schismaticum superare non valuisse. Synodus infectis rebus
 est dissoluta. Dux autem pestinacie partibus adherens, ne in
 ultima quidem periodo vite, quidem de unione duci sinebat,
 sed in errore perseveravit. Fides tam potenti et tam diviti
 Duci defuit, quam ne amplecteretur conjunctam cum Ro-
 mana Ecclesia, vehementer Tartareus proinde laboravit per
 improbum Malewayko Protopopum Ostrogien. Atque ut aliquid
 constet de Malewaykonibus breviter abrago

Malewayko senex erat pellio, habitans in illo circo Ostrogien. Malewayko
 qui vocat Zastaviam. Meis temporibus dicebat, nova Ostro nes
 gia. Atque sepius incurtebat Parochos, nequitias et latro-
 cinia exercens per excursions in mare, indeque pyrata dite-
 scibat. Atque triu filioru Pater extitit. Maximus natu paf-
 sus est se Caccis imitari. Alter cum artem pelluinam
 satis diu tractasset, partesu sedentariu vite ad kosacos
 commigravit. Et quia erat vir gravis, atque industrius
 ob fortitudine, audaciam, versutiam, facile princeps la-
 tronum creatus est, praesertim cum Turbas excitasset contra
 Lobodam, quem et nefarie oppressit. Duxor kosakoru
 factus rebelionem adversus Imperiu Sigismundum
 3. Reynum concitavit, adeo ferociter, ut opus fuisset
 Lotkivio in Ukrainam cum exercitu descendere, atque ma-
 hinalorem opprimere, quem profligata nefaria turba
 cepit, atque Varsavian vincitu misit, ubi parem se elezi
 penas retulit. Tertius Firm, homo ignobilis et contem-
 ptus vixit, gleba contentus, cui adscriptus fuit. Protopopa

Malewayko
 a Lotkivio
 capite

Malewayko

Nalwayko, homo cum proceris statura fuisset simulator pietatis, acerissimus propugnator schismatis, iudicii sui tenacissimus, populi auribus contra unionem virulentas imposturas instillabat, atque non solum Ducem, et aulam ipsius nobilissimam et frequentissimam sed semper etiam ad latum Ducis, bina et amplius hinc mille consuebat, sed et populum ferocissimum contra Unitos reddebat, ita ut aperte oppugnare Ecclesiam non vererentur Ruspiter Ostrogienses. Anno 1606 Publicationem publicam Fastavia Sokalium instituerunt pro Ordinis S. Francisci de Observantia, et quoniam supplicantibus, iter erat per Ostrogiam atque sylvam illam, quae Ostrogiam dividit a Fastavia, quae protendit se spatium 4. miliarium, ita, ut latus vice unum spectet ad Ducez Fastaviam, alterum ad Ducez Ostrogiensium, Ruspiter cum laceribus occurrunt, et simulato vexillo ex linteis, atque deformibus confectis saccis seu flagellorum vulpinae caudae manibus gestantes, rancore boantes, prolli illuc erunt Catholicos. Moverat ea res Illmum Ducem Janusium Castellani Cracoviae, filium Ducis Basilii, qui gravius expostulavit cum progenitore de injuria S. Romanae Ecclesiae. Pater volens mitigare animum filii, captis aliquot petulantibus, qui stulto furori subjauerant, eos plagis onerari cepit. Non fuit contenta Divina vindicta, tali castigatione, sed subito ignem dimisit in sylvam Ducis Ostrogiensium, qui totam partem illam sylvae ad Ducem Ostrogiensium pertinentem, longe lateque vastavit, partem aliam sylvae Ducis Fastaviam, ne in minima quidem parte ledens. Incendium autem adeo vehe-

Insolentia,
Ruspitarum,
Ostrogiensium

Ultio Divina

mens et nimium fuit, ut ipsi Ostrogio flamme ille viderentur
jam jam imminere. Incendium hoc quantum fuisset, facile con-
jecturam a sequi potui, cum subsequenti anno iter bis feci per
illam viam.

In magno discrimine positus hic Dux Dubne ingruentibus
Scythis per feminam liberatus e. In conjugem ducebat
Kniaz Sotmierzechi Beatam Dulzka. Nuptie erant im-
pensis Ducis Basilii Dubne, in frequentia 3. filioru Du-
cis et in presentia Ducis Janusii Zastavieny et aliquot
Senatoru. Hora erat meridiei ipsius, qua hilares Ducali
convivio, dum epulantes accumbunt, repente Scythae ad portam
que respicit Lucoriam, advolant. Subitaneus Nuncius, oes
ad arma a convivio evocat. Primus Joannes Charzewski
profectus peditu, cum pedibus ad portam accurrit, atq
peditu portam communit. Hostis ubi videt portam munitam
praesidio aciem instruit, atq ingenuum evocatozem, ad
velitationem expedit, qui Turcico habitu indutus, citari cu-
pat tectus cum arundine, quam Dridam vocant in singula-
re certamen evocabat. datus evocatione Charzewski, ha-
sta arrepta, extra portam progreditur atq evocatozem ag-
greditur, sed declinante Scythae, irrito conatu hasta a Cha-
rzewski torta fuit. Scythae videns Charzewski viciniam ex-
ercitui sui, equum vario sinu flectens, vivu capere vo-
luit. Sed Charzewski in ignarus Scythicarum fraudium
magna voce Scytham injuriosis verbis compellans, fraudu-
lentum vocitans, Turcas Scythis in singulari certamine
metulit. Quod Scythae indigne ferens, gladium evagina strin-
xit atq obversus ad solem exclamat. Oden moia idisz

Joannes Cha-
rzewski dimi-
sio cum Sy-
thae

id est unus ego vado. Statimq; inimicis habenis equis ambo
generosissime confligunt, ita ut circumspicere hastam Char-
zewski, atq; globu hastae in caput currentis Scythae impigit
Cumq; Scythae ex ictu caput inclinasset, Charzewski gladio
collum ei amputavit, atq; truncu corporis cu equo in postu
invenit.

Hoc primo apultu Scythae frustrati, ad Swanczum se
convertunt. Erat n̄ procul ab Swanczy Stago Monasteriu
Basilitaru, in quo memini me vidisse Basilitam qui
annos 130 exegerat, qui in vigesimo primo anno, mona-
sterio n̄ dederat. Hoc ergo Monasterium aggressi Scythae
disjecerunt atq; ex disjectis arboribus pontem p̄ Drwin
fluvium fecerunt, per quem in oppidum ingredi volue-
runt. Hoc conspiciens kniaz Butdia 6 famulos suos
cum bombardis ab uno latere pontis, 6. alteros ab alia
parte pontis disposuit, quos argitaceis sepibq; quasi clypeis
texit, ipse ferreas fores arripuit atq; ab illis clypeis jaculari
fecit in Scythas incidentes per pontem. Stans vero ex oppo-
sito pontis, dum a foribus illis ferreis jaculatur, collabentibus
foribus ab adverso Scythae, Sagitta in ventrem sauciatur.
Hi Butdia ictu se sagitta videns n̄ eduxit sagittam, sed
infregit, atq; arrepta bombardā Sagittariu illu plumbeo
globu ferit, et relictum interimite Scythae peremptos
videntes suos in illa pte pontis 3. oppugnationem meditari
coeperunt, et ab illa parte Dubnam aggredi voluerunt, quo
Ostrogio advenitur. Jamq; tentorium Chanſ qui tunc in per-
sona venerat:ſ fixerunt, et Chanu induxerunt. Cum Ne-

Basilita anno
rum 130.

illa Beato Dulshu deposito nuptiali mundo, corrogatus py-
robolico pulvere, terram ascendit, atq; tormentu bellicum
pulvere onerat, et quia globus ad manu in fuit, saxum
impellit, atq; directam tormentum in tentoriu Chani explodit
feliciter adeo, ut tentorium collaberetur. Quo casu Sy-
the percussis, fugam cepiverunt, et Dubnam obsidio-
ne solverunt. Nuptiis continuandis otium concedentes

Multam semper nutriti aulam hic Princeps, que nunquam
minor erat mille viris, ex quibus potissimum militares
erant, nam comptulos, trapulos aversabatur. Fuit inter
aulicos illius Bochdan, quem cudnoviensibus bonis pre-
fecerat, hic pro jontaculo vorabat partem vervecis agni,
anserem, duos gallos gallinaceos, bubulam asiaturam, ca-
seum unum, et panes tres mellis haurisbat duas ollas.

In prandio 10 portiones bubule carnis, multas portio-
nes vitulinae carnis coctae, multas vervecinae, gallum
gallinaceum, anserem, tres apaturas, vervecina milia
bubulam, porcellu et ea quae alii apponebant. Mulsis, vi-
ni, cremati, v. 4. v. 5 ollas, quae omnia per intervalla
miciebat, adhibita cerevisia, et tunc nunquam vespertinam
nunquam aenam dimisit, sed rapidissime vorabat. Cuius
nunquam fuit ad peragenda negotia expeditissimus,
corpore gracilis, sed viribus fortissimis, adeo ut etiam
in 30 robustos invileret.

Mortuus est hic Dux Anno 1608 21 Martii juxta
Calendarium vetus, hac ratione annu jam stas

nonagesimum nonu alligerat. Mane convocatis auli-
cis precepit ut singuli praesto essent contra Scythas, u-
bi signu illis daretur. Tum alloquitur Woronice, Praefectu
stabuli inquirens, haberetne parata omnia, quae ad bel-
lum pertinebant? respondente illo. Omnino esse parata
Inquirat Ephippia essentne parata? annuente illo, ita
procurus esse. Adjecit. Ibimus ad bellum, meliabitur
Hoc dicto exspiravit. Semper bellicosissimus fuit.

Mors Basilii

Constantinus Dux Ostrogiensis.

Primogenitus erat Ducis Basilii, qui cum in Aula
Caesarea militaret, Paternu schisma ejuravit, pro-
ptereaq perpetuu odium paternu incurerat, quod
minime curavit. Erat praclarus in re militari, adeo
ut cum tribus hosti, simul et semel habitis hostem
aggredi, hoc enim modo nobilissimi pugnare solem
sunt, soleret. Hic cum 18 annum aegeret, somnium
tale habuit. Somniatus est suru adste conspectu stetit
se grandevu viru, alba veste candidissima indutum
vultus serenus erat illi, Caesarios plane cana, verboru
molix, quem cum Dux cupidus spectaret, et avidius
compellere vellet, prior illu affatus est idem Senex
Video te recreari conspectu meo, sed ah miser, indi-
gnus es alloquiis meis, siquidem magnis te involves
peccatis, tam carnis quam rapinaru. Atq his dictis
velavit faciem suam candidissimo lino et disparuit.
Parvi fecit Dux somnium illud, quare vixit, velut
illi placuit, totos 12 annos voluptu et licentia impendit.

Fortitudo
DucisSomnium
Patri

Cum

290

Cumq; trigésimū attingeret annū, interpres nocte p̄
quietem apparuit illi, ac visus senex et compellavit il-
lū Agnoscisne me Constantine? que annuente, ait
Quousq; peccatis involutus vives? quousq; malū malū
aggregabis? Scito moriturū te cito, et rationem patri-
torū redditurū. Age penitentiam, tres adhuc annos
a Deo concipis habes, quibus ut prospicias eternitē,
vide. Dictis hīs evanuit. Princeps experrectus, cū for-
midine, tediis, timoribusq; concuteretur, Patrem meū
qui illi semper presto fuit, accersiri jubet, rem expo-
nit, mortis sibi denunciātū tempus confitetur. Pater
meus que pietatis erant, suavit Duci, atq; ut à licentia
ad religiositatem conferret commouit. Et quia
tunc, ne nūc quidem Societatis in Votichynia fuit, Sa-
cerdotem evocavit, coram quo ut Dux conscientiam
purgaret suavit. Dux ab illo die, que erant eternitatis
curare cepit, atq; continuū tribūq; an nūc, veri Chri-
stianū hūc exprimebat. Tertius annus jam decur-
rebat cū in medio Quadragesima febrilis corripit,
jamq; dies Palmarū instabat, cū Sabbo antecedente die
palmarū, apparuit senex ille Duci, premonens il-
lū hīs. Cras hora duodecima morieris, consule tuis
rationibus. His intellectū Dux, rursus Patrem meū
venire ad se jubet, cui venienti rem apparuit. Pater
meus que erant pietatis, suavit Duci, etiam sacram

exomologerim, ac sacra communionis Synaxim, quam accepit hora decima, die Dominico. Tum Musicus canere iussit. Penultimam Pastorem, et dispergentes Ovies gregis, quo expedito cantu, singulis valedixit, et stipendia adnumerari fecit, omnes complectens, etiam Subularios, et Subecos. Quibus peractis sciscitavit Patrem meum de hora, qui cum dixisset, imminere duodecima Dux ait. Videte omnes quod et Duces moriantur. Discite vivere, discite mori. Haec dicens, Crucifixi complectens imaginem, feliciter obdormivit in Domino, horologio sonante duodecimam. Illud Pater meus asseveravit, quod ab omnibus, qui in aula erant: mortuus namque est in Starosieliensi aula: supra lectum visus fuisse ille Senex expansis manibus, atque mortuo Duce, in caelum abiisset. Haec ex Unitore meo, accepi saepius relata, qui se oculatum testem saepe affirmabat, semper enim huic Duci praesto fuit, ut parte id, qui in Ducum Ostrogienis aula, habuit singulari favore omnium Ducum.

At mortem Ducis repertam secretam sermionem, in quo nihil aliud erat, praeter cilicia et flagella. Crudus tamen Pater in odium Religionis, volebat iusta persolvere filio, templumque Ostrogienum obsideri iussit. Sed milites et templum reverarunt, et contra prohibitionem Ducis Unitoris defuncti, campanas pulsarunt, iustasque propriis expensis satis magnifica procurarunt. Ab omnibus enim milibus minime amabatur.

Janusius.

Janusius Dux Ostrogiensis.

282

In prima adolescentia videns Ducem Constantinum ex aula
Caesarea reducem postposito schismate orthodoxam pro-
fiteri Religionem, motus exemplo Fris, et ipse orthodoxae
religioni se adiunxit. Ob quam rem, odium adeo grave Patris
incurrit, ut n^o modo ab oculis eum amovisset, sed et a con-
versatione totius aulae, in una habitatione inclusisset nemi-
nem admittende, praeter Popos suos. Tandem in annum
et amplius in illo carcere cum detinueret, statuerat Dubna
arctiori custodia tradendū. Quare Ostrogio Dubnam discedens
aprompto Janusio, et Frē illius Alexandro Edobiciis in-
gredienti nocte conqueverunt. Cenā sumptā Dux Genitor
cum Alexandro Filio, Janusium in Familia et cibum
sumere et conqueverere, quasi pro custodia illius, manda-
vit. Medio nocte Dux Genitor hypocaustū dormientis
Janusii ingreditur. Cumq; confuse multos dormientes
reperisset, ad Janusium non in lecto sed in terra jacen-
tem, accepit, qui simulaverat se profunde dormire.
Tum supra jacentem stans, et fram eum tenens, inquit.
O Sudermane! sic em Orthodoxos propter Sigismun-
dum Regem, qui erat Sudermaniae Principis, hic
michi te occidendū objecisti. Quib; verbis auditis prorip-
uit se Janusius et ait Illne Genitor, indignū ē, ut tuū
ferum meo sanguine imbuas, on meū gladiolum cape,
feri cervicem: ego pro Religione mori sum paratissimq;
Tum Pater altissimum ingemiscens, abcepit, atq; Du-
bnam veniens, loco carceris, Janusio potestatem fecit,

eundi ad castra Caesarea, siquidem jam annu decimum
 quintum aetatis egit. Hic Janusius gratissimus Imperatori
 complures annos transegit cu bellicosissimis Viris, qui-
 bus tunc potissimum Austria et Hungaria abundabat.
 Frequentes tñ admonitiones a Patre per literas ha-
 buit. Imo in hoc ne unquam Polonicum habitum mu-
 taret, sed potius Hungarico uteretur. Edo ut Gallicam et
 talicam luitem auersaretur. B. Ut n̄ de Germaniae aut
 Galliae finibus consortem thori quereret, sed de Polonia
 Rno aut certe de Hungaria. Cujus consilia secutus Dux

admonitione
 a Patre Janu-
 sio.

sponsam sibi eligit ex Hungaria filiam Kielemesi,
 ex qua duas filias suscepit. Alteram Alexandram, Alboza
 Euphrosinam. Priorem elocavit Hieronymo fastowiecki
 Palatino Podolie n̄ tam homini bellicoso, quam potius
 Marti. Alteram Alexandro Duci in Zastaw. Prioris
 nuptiae celebratae, plane ad luxum posterioris, non ita.
 Tandem affulsit illud infelicissimum tempus, quo
 rerum novarū pollicitator Nicolau Zebrydowski Pa-
 latinus Cracoy promittens se nova contra Regem
 Sigmundum, dicturū publicū conventū ad Hy-
zycam indixit, quo cu pauci ex nobilitate convenissent
 et rebū infectū discessissent, Mator malorū Zebrydow-
ski, Lublinum convocavit nobilitatem, ad quem conventum
 venerat Dux Janusius, non nisi 20 vexillis comitatus
 sed et in hoc conventu nihil singulare actū, praeter duorū
 militum duellum, qui cu concurrissent inter se
 hastis pro consuetudine militum illius temporis, unus

Ad Hyzycam
 conventus

Ad Lublinum
 conventus

alterū hastā

alterum hastam ita valide ferit supra oculos in fronte, ut
haste extremitas per occiput transiret. Atamen Chyrur-
gorum diligentiam ita curatus est, ut et hasta educeretur
ex capite et ille nullo sensu lesus, incolumis evaderet. De
solutis hoc conventu, absq. ullo exitu. Itum indixit conven-
tum Palatinus ad Pokrzywnica. Hic conventus erat cele-
berrimus, ad quem accurrerant Majores Poloni pene omnes
Craoviens, Districtus, Sandom, Lublin, Magna pars Li-
thuania, Palatinatus Craoviens, magnum numeravit mi-
litum. Janusius Radivicius pene 5. millia Castellanus Per-
naviens, 700 Studnicki supra mille. Felix Herbort mille
Porayski aliquot centuriones et alii. Solus Dux Janus-
ius 10 millia proprii militis numeravit, positis castris
ad Iłota. Tam frequenti concursu coactus Palatinus Crao-
viensis multis diebus varia agitando, cum nihil praeter procrasti-
nationes ageret et tethnas, quibus Ducem Ostrogiensem illaque-
tum tenere volebat. Dux abitu parare cepit. Qua de re cum
agit. Tunc tibi Stanislaus Studnicki suis tabulis coronam
Senatorum et aliorum Procerum cingit. Quod cum advestisset Du-
cis Ostrogiensis miles, expedit Jakubowski cum ducentis
peditibus, qui inconvulso more vestiebantur: nam singu-
li illorum peditum tegebatur tygride, bipennim Morcho-
viticam, berdysz dictam, in humero portans, galeam in
capite, ad cingulum frameam, securim ungaricam, atq. bom-
bardam brevioris: per mediam nobilitatem, tam in selis
residentem, quam equis incidentem irrepit, expunctis tabulis

284

Duellum
hastarum

ad Pokrzy-
wnicam con-
ventus 3.

Vestibz pe-
ditu Ducis

Studnicki

Stadnicki. Tum ad Ducem accedentes, Zapolski, Koscian
 Krzyzkowski Aulici illius submissa voce monuerunt Ducē
 ut se presenti periculo eriperet, quorū consilio cū acq̄re-
 sisset Dux, inclamarunt. Dolus Stadnicki dolus vallavit
 coronam nobilitatis. Voce inopina exterriti omnes tumultu-
 tuari ceperunt. Ausit timorem Ostrogiensis Ducis miles
 qui per Sutowski in agmen centuriatus prodit in cam-
 pum cum tubis, tympanis, quo conspecto Rakozzani, ulti-
 mum sibi exitum instare arbitantes, faciem et tremi-
 dii se videre putabant. Hac confusione Rakozzanorum
 facta, Dux ad sua se recepit, disposuitq̄ suū militem
 tum Wiewiorie, tum Opatowic, tum in aliis bonis ditio-
 nis suae. De responso Janusii Legatis Rakozzanorum
 et de conflictu eorum cū Regis partibus. Vide in Rege
 Sigismundo pag. 122 et 123. At adhuc additur
 Hora nona in magno horologio initium praelii datū erat, et
 tū fugientes Rakozzani hora duodecima Opatowiam tran-
 sire ceperunt cū tū Guzow distat in paucis milliariis
 Opatowia. Ipse Radwilius hora 23 in campis Opato-
 wicibus constitit, famulumq̄ misit tria à Consorte
 Ducis Ostrogiensis. Dux em Wiewiorie erat. J̄ poten-
 do. Inducium, cibum, pecuniam, quae omnia cum
 misisset Quarta, refectus cibo allato discepit. Alii
 Rakozzani Opatowic pro nocte subsistere voluerunt
 sed p̄t occisa solis, occurrens Dux, tympana pulsari
 pro cogendo milite fecit. Unde Rakozzani diffidentes
 Duci semilacerti, saucii, mutilati, hastis confisi omnibq̄

exuti fugie-

236.
fugiebant. Cesti Castellanus Parnaviens, multis locus
fuit. Jam se quieti ex fuga dederat cum pulsu tym-
panorum expectatus, de fuga colluctus, alteram
caligarum pedi induxerat, alteram manu tenens, con-
scenso equo semivestitus Opatoro profugit.

Discipula nebula Rokoszana, Dux in Volthyriam
se recepit cum toto suo comitu, qui non multo post Pa-
tri suo parentavit Ostrogii magna cum frequentia
Cleri Schismatici, in quo funere illud ineptiarum
accidit, quod concionaturus Papa Nalewayko, illud
thematibus posuerat. Et inclinato capite emisit spi-
ritum. Risus cum excepisset omnes a concione desi-
stere iussit. Postmodum Dux Wiewiorca mortuus
ante mortem Dabnensi munitione edificata, cuius
munitionis iacendis fundamentis adfuit.

Alexander Dux Ostrogienensis.

Minor natus fuit filiorum Ducis Basilii. Hunc
natura ad nihil aptum fecerat, nisi ad pertinaciter
tuendum Schisma, et ad perpetua odia fovenda cum
eius majore nato Germano Duce Janusio. Singulis
in annis nova et nova odia excitabat, iniquo animo fe-
rens vivere diu fratrem. In consortem thalami sibi cupu-
laverat Annam de Szlamberk kustkana, magnarum
divitiarum heredem. Ex qua multam prolem suscepit
utriusque sexus. Sed non diuturne vite proles illa fuit, pre-
ter Catharinam, que Lymoycio elocata, eximiam se
testata est. Et mater Annam que Chodiswicz juncta.

Cornello Ciceroni contra Turcam occiso. Vidualem condi-
tionem sane prudentissimi exornavit. Certe Georgius
Opolinski Cancellarius Rni, ab eo hospitio exceptus cum
prudensiam in illa maiestatem operum abundantiam suspe-
xisset, dixit: Regiam esse eam oportere ob singularia
talenta

Hic Alexander tribus effatus mortem sibi praedixisse visus est.
In mensa enim quam in itinere Belyhyniam versus proficere
scens habuit, cum caeli mentio facta fuisset, dixit: Dicuntur

Tria magno-
tica mortis

in Caelo esse felicitates et beatitates. Ego vero libenter om-
nia bona mea Deo concederem, si mihi in praesenti
seculo immortalitatem concederet cum mea Consorte ut

Impia vox

parostavia immortalis vivam. Hanc vocem ex iudice
illi ipse audivi. Ad id augurium mortis erat. Cum Crasnum
iret, quod Oppidum Pater illi donaverat, in itinere robu-
stissimam quercum suspexit in Sylva, dixitque: Maiestas

sa est ista quercus, digna, ut in loculum cedat alicui Princi-
pi viro. B. in eodem itinere occidit. Vidit duci cuidam
nobili viro currum, quo impedimenta aperiari con-
sueverunt, eos conspecto dixit: Nobilis est currus, di-
gnus in quo vehatur princeps persona tumultuanda

Haec tria omnia fuerunt illi affuturæ mortis. Nam Jo-
rolaviam non rediit ad perpetuo manendum et ex illa

Utrum Du-
ci impi-
natus

quercum sandapila nactus est, et in illo curru tumultuandus
deportatus Crasnum enim veniens, Factori illius loci
offensum se exhibuit, cui male obviam ire volens Conjun-

Factoris

Factoris ad incantationes se convertit et Duci philtre
 amoris prohibet in spem reconciliandi animi. Sed virus
 plus equo sciens mortem Duci acceleravit. Morturo ad-
 stetit Samuel kalenkorwicz, illi charissimus Cubicu-
 larius, mo thesauro prefectus, hic pro confidentia monuit
 Duce[m] vellet ne acceriri sibi Schismaticum Papam
 sed cum indignatione repulit quersitu[m] pauloq[ue] post latini-
 ritus Succedotem afflagitavit, quo illa regio caruit atq[ue]
 in hujus desiderio animam efflavit. Consorti illius
 Anna de Stryberg kosteryna invidibili luxu fanus illi
 intravit. Nam omnis generis serica phrygiar[um] tela non
 solum Popis sed quorum numerus ad multa centena
 accedebat, sed et regis et curribus injiciebant. Ipsam
 conotaphium plane ad miraculu[m] diris fuit, in quo aurea
 argenteaq[ue] gaza sutilabat, quin et gradus conotaphii ru-
 bro raro serico superbiebant. Totum Ostroviense Tem-
 plum Sobornia dictu[m] nigro holoreo contextu[m] stetit, Am-
 matibus Ducis invariis sericis auris et argenteis il-
 lumina, satis amplis. Nem verbo. Tantus luxus erat et
 numerarent in funus expensa decies centena milia et
 amplius. Futior me nihil magis splendidum, nihil
 magis profusu[m] vidi, licet multoru[m] Principu[m], Ducum
 funeribus intersuissim. Ex omnib[us] fere partibus fuit
 hoc funus nobilissimum, postquam quod in religionis

Catholicae

Catholica. Hi postea Dux Ostrogia Surostavia ad templum
Societati deputatus est in absentia S. D. N. Urbani Papae
ideo quia demonstrari fecit Sedi Apostolicae Anna
Chodkiewiczowa filia illius Ducis in desiderio unionis
in Romana Ecclesia mortuum, quae res magnam sedi-
tionem a Russis contra hereditariam Dominam con-
citaverat.

Solentiam de hoc Alexandro innuendum. Sigismundus
Rex Cracoviae celebravit Comitibus Anno 1600 quo et omnes
Senatores et nobilitas convenerat. Paulo tardius alius ve-
nit Alexander, at in tanta frequentia, ut tardum ad in-
gressum vix sufficeret toti illius comitatus. Movit ea res
Somaschus Regi. Tandem accersit se Alexander ad sa-
lutandum Regem, utrumq; comitatus illius equestrius postea An-
cenii accideret. Regis jure catena objecta e ne venien-
tibus accipus pateret, quod in Ducis denuntiata fuisse.
Dux confringere seram jussit, qua confracta recta ad
Serenissimum accendit, atq; in omni demissione
Regem salutavit. Cui pacifice Rex. At seras confra-
gidas ad nos venientes. Cui Dux nunquam putavi
Ducibus Ostrogia praclusa viam ad Reges Poloniae
ad quos accedere solent, nisi ut hostes, sed ut fideles.

Venio et ego

Veni et ego cum comitibus meis et ut mihi splendorem facerem
sed ut delectarem cum his omnibus me paratum pro gloria
sicut volumis Regie Majestatis vivere et mori.
Multum placuit Regi responsu. Unde Ducem excepit
XII est.

268

Constantinus et Janusius Duces Ostrogiorum

Uterque horum Ducum fuit filius Alexandri Ducis Palatini
Votivnie Constantinus miram dexteritatem, affabilitatem
promptitudinem, maxime ad res bellicas habere vide-
batur. Unde plurimus militum concursus, latus ejus
stipabat, quibus placere omnino voluit. Sed Deo di-
spiciente, cum Varavia ex Comitibus rediret et uno die
Varavia Lublinum venisset nonnihil ex malvatico
vino gustavit, inde febre correptus per aliquot dies in
Sobiesuana aula mortem appetiit.

Vix 12 menses post mortem Constantini elapsi sunt,
cum Germanus illius Janusius Lublinum veniens
in ead. Sobiesuana aula pari febre correptus, simili
die et hora in ead. loco vita functus interiit. Utrique
filii nobilissima Mater Jaroslavia in Templo Para-
chiali parentavit. Constantini tamen morte Polonia ma-
gnam partem accepit ad magna enim natum videbat, qui-
bus Janusius destituebatur. Uterque tamen frenus agebat
ad cohibendum luxum. Uterque optime Matri dolorem

maiores afferebat ipsi n̄ obsequendo vivens, quam sumptus
augens morte sua. Siquidem utriq; sumptuosissime et pla-
ne regaliter parentavit Genitrix, funus peragi sinens
ex voto suo, sed ex juvenū voluntate, qui ab hoc funere
societatem removenda putaverunt.

Georgius et Christophorus Dukes de Zbarani

Georgii Ducis Zbaraniensis filii, quibus exterarū gentiū
voluptates eam mentem instillaverunt, ne Matrimonii
Sacramentum venerarent, sed licentiose libidinis
signa sequerentur, et pro placito feminis abuterentur.
Locū suū impunitū destinaverant Craevia, At Chry-
stophorus qui continentior et magis verecundus erat,
Soloci v̄ kensku vola manere consererat. Unde laxa-
tus ē pro concione à P. Valentino Fabricio, illo versu Da-
vidico. N̄ in voluntate equi beneplacitū ē Deo. Hoc Prin-
ceps Christophorus audiens nunciū voluptatibus
remisit, sed operam suam Reipublice commodavit.
Nam insigni legatione perfunctus ē ad Turcas Osma-
no Imperatore Turcarum profligato a Polonis, Sanxitq;
perpetuū fedus inter Polonos et Turcas, vix rediit in
Patriam, correptus morbo, vitam amisit magno in-
luctu plurimorum, qui sperabant futurū amplum Re-
natorem, ut pote continentiorē, prudentiorē, et
Reipublice addictiorē Fr̄e Georgio.

Morte ammissa Fr̄e, Dux Georgius Craevia ad
S. Trinitatem parentavit illi, cumq; epitaphio posito,

statuam marmorea defuncti poneret, illud mali Divinis
accepit, quod nulla industria nullo artificio, statu
anorū officii potuisset ut statua illa recte subsisteret,
quare inflexam relinquere coacti sunt. Et aliquot
annis stetit inflexa, usq; ad tempus quo moriendū
fuit Georgio. Hoc em̄ anno collapsa ē que mortuus
Georgius ē. Nihilominus Turnus mortis accepta
vitam vixit Sardanapali. Quare cū tempus mortis
advenisset nihil de Deo et Determino vite cogi-
tans, cū ad stratu pergeret, ut libidini satisfaceret
cū quaedam maritima apoplexiā correptus in pun-
cto mortuus ē. Cum more gentis cadaver sum-
ptuose propositū in amplo hypocausto jaceret Pa-
latinus Cracovier, Stax Lubomirski fidelis ami-
cus Ducis defuncti ingressus ē, volens adhuc
sui conspectu defuncti amici ad ejus conspectu
quidam de Ordine P.P. Predicatorum pro more
Ecclesie cum hymnis Davidicis cantarent, ad
ingressu Palatini, ceciderunt. Vos autem sicut
hinc moriominis et sicut unus de Principibus Nuntius
cadetis, Exhorruit Palatinus, atq; ex composito re
factum putans, inflammari cepit, sed cū Divinis
tū rem factum vidisset, suis rationibus consu-
lore cepit. Quam locuto induratum fuit cadaver, cum

262

Mors misera

P.P. Dominus

262
Pena Dei

cantantibus et aulicis adstantibus repente sandapila
dissiliit, et flamma erupit, quae igne concrematurum
corpus terre allisit. Hunc finem habuit miserimus
voluptatum sectator. Dolendum est se spectaculum
relinquens.

Johannes Dziatynski

Polatinus erat Culmensis, qui viriditate in favoribus ad id
dignitatem pervenit. Hic cum militaret in Moschovia sub
auspiciis Stanislaus Lotkiewski Supremo Copiarum
Ductore, cum victor Moschovia sedem cum toto exercitu
triumphante, capto Szuyki Duce Moschorum cum
affinibus ingrepius fuisset in mortem incidit, cum quibus
sane extra se positus jaceret, visus est sibi trahi se
ad Supremi Julicis Tribunal. Quare se in angusto con-
stitutum videns advertit Ignatium Sziolam ad se
venientem, atque his qui eum ducebant ad subrellium
Julicis dicentem. Relinquitte illum siquidem a Deo
destinatus est ut sit Fundator Collegii Szezelsis. Tandem
viso illo abscedente licet revaluisset, non statim explevit
predictionem, propter tenuiorem fortunam, explevit
tamen fundatione facta Fraudenti in qua plurima susti-
nit adversa, etiam a plerisque Religiosis.
Hic poterat merito vocari malley hereticus. Unde
modo Fraudentibus formidabilis fuit, sed et To-
runensibus, ac Sedanensibus quos aliquando male
inulavit. Miles erat praecellens qui cum advertisset

Mortuus occasum
nem dat Colle-
gio fundando

Adolphus

264

Adolphum Gustavum Regem Suecorum fraude irrepperit
in Prusiam una cum Tribus tam Germanis quam Pa-
truelibus collectis aliquot millibus proprio sumptu, lectis
militibus, toti hereticorum colluviei restitit, tandemque impie
et fedifragum invasore a finibus Cubree Palatinatus
reivocabat, donec serenissimus Sigismundus Rex in
Prusiam cum exercitu et koniepolki accurripet. Quare
submitto vexillis Regie gubernationi hostem prop-
portunite acerbe divocabat. Jam ad cendum fœdus cum
Gustavo venerat, cum Sveci superbiâ elati, Commis-
sarius graviores eë ceperunt. Forle tum Joannes Dia-
tynski ac exercitum pro custodia stabat cum Svecorum ha-
statorum vexillo, cum a Regis latere accurrit Nicolaus
Radziwiowski, vir minimi consilij quicum audivisset a
Commisarius Regi referri Svecos arrogantiores eë
Regem dixisse Ergo pugnandum erit accepit ad Dia-
tynski, et Regio nne denuntiavit ut hostem aggredialur.
Diatynski suspicō n̄ expectato, vexillum adversus hostem
promovit, Regiones Svecicas disturbavit hosti motu
incipit, et vix ab ulteriori apultu revocatus e prece-
sobi Zadzik Procancelari. Omnis ille fervor cum con-
quiescit, pacis conditiones facta, cum Regi oblata suspent
Rex placidissime subridens ait. Unus hō nobis pugnando
restituit rem. Ubiq̄ ille felix in bello, in Moschovia in Georgia
in Prusia. Mortuus est in dimasterico Anno Pakrzywni

Joannes Dziatynski

Palatinus Pomerania fuit et Bratianensis ac Nowomi-
stony Capiteus homo a natura ad omnia singularia
natus generosissimi animi Lipovianus miles ex Im-
perio rediens, per Puzpian impune praedam agens, No-
vomiastum cum 9 vexillis ingressus est atque ut presumptus-
sus fuit, aliquot Comititones lectos viros Ductor 9 ve-
xillorum misit una cum Monacho de Ordine S. Franci-
sci, veniam petens, quod Civitatem ingressus esset cum
explicatis vexillis. Hic Dziatynski oclusa Arce, omnes
illos legatos in vincula conjicit et carceres Tum mo-
nachum scribere jubet Epistolam ad Ductorem in
Civitate haerentem, qua significabat se cum comititomi-
bus abunde et affatim tractari, optareque ut secunda om-
nia existimaret. Sollicitus est anxius Ductor epi-
stolam quidem legit sed anxietatem non deposuit, augur
enim fuit futuri mali ipsius animus, cervicibus suis
impendentis. Nam sequente mane prorsum exor-
tus sol fuscus, Dziatynski miles oppidum ingressus
dormientes Lipovianus invasit. feda eade nocte
nulli parcens. Cesi sunt intra aliquot horas quo
Lipoviani, paucis cum Ductore captis quos Dziatynski
Varsaviam misit, ubi penali gladio seclus et impu-
nitatem expiarunt. Nec modo in Lipovianis reprimen-
dis felix ille, sed et in Adolpho Gustavo, adversus cujus
incursus non modo Arcem Bratyan, sed Civitatem strenue
defendit. Certe septies oppugnavit civitatem Nowe Miasto
Gustavus qua die, qua nocte, atque ammen irrita conatu. Felix

profecto is homo fuit, verum in melancholia oppressus mor-
tuus est. Siquidem hereticus dum extirpare adlaborat, Prin-
cipis offensam incurrit, quae illi causam mortis submini-
stravit.

266

Stanislaus Lanckoronski

Palatinum Podolie usum ageret circa dies Bachi Borszewic
residebat nescio quas habens lites contentiones, cum vidua
nicolai Herbot Palatini Russiae, in cuius tutela fuit, usum
minorem fuisse et conjugem, quae multa ab illo papa est
ob juridicos terminos. Interim cum in Januario dies agerent
Bachanaliurum dies 27 incidit in feriam 5. Largiori sum-
pta comâ, nobis hospitibus relictis, ad interius cubiculum se-
cepit, quieti se daturus. Sed quis ire volentem cum somno
fugeret, accersit puerum Garnisz ei, mandat, ut librum
qui in mensa vicini cubiculi jacebat, sibi legendum offerret.
Paret fumulus sed dum ad Dnû reddit videt ex an-
gulo venientem Palatinum Russiae, ante aliquot annos
mortuum, protinus exclamat: *Wnie Dne habes hospite*
et quidem cum striclo gladio veniente? Proripit se de lecto
Lanckoronski, atq; cum n aliud illi ferrum suppetebat,
quam framea Garnisz, illa tueri vitam voluit. Inte-
rim Garnisz accurrens significat nobis, necdum con-
vivio, digressis Palatinum ab invasore opprimi. Festi-
mato currere cepimus, ad ferendum auxilium Lancho-
ronski, sonitus pedum Herbot audito, festum, quod ablu-
erat, projecit in terram, discedensq; dixit. Bene tibi

consultisti

consulisti auxilium tuum. Sic cum accurissemus, fatiga-
 tum Lanckoronski, et ferrum in aere visum deprehendi-
 mus. Tum Lanckoronski stomachorius, in Chomentow-
 ski cubiculum inuectus est ob eam causam, quod in
 interiori cubiculo, ut iupus erat, secum a quiescisset. Ma-
 leste ferens admonitionem Chomentowski, ad proxi-
 mum hypocaustum descendit, ubi cuminus collucebat
 igne atq; ferociori animo ait: Palatine Herbort!
 si quid tibi offensarum est cum Dno meo, meum singulari
 certamine decerte. Ecce tibi de furno delabit, Herbort
 dense armatus, atq; validissimus ictus, ingemina mace-
 ri me Chomentowski iuncatit, atq; ut alienis ma-
 nibus deferri debuerit. Panicus ergo non invasit ne in
 formidolosi videremur, circa lectum Lanckoronski
 nos deposuimus, non tam quietis gratia quam traducende
 noctis. Ecce tibi dum fabulamur apparet Herbort
 exiens se de adversa parte fornacis, ovumq; dextra
 tenens, quem conspicatus Lanckoronski, ait: Videtis
 Palatinum? at ille: vides me Stanislas, vides. Et quo-
 niam exeruerat pedem sinistrum de lecto, non intectum
 stragulo, calicem illius ovum, quod manu tenebat, fo-
 stissime appetit, protinusq; disparuit. Nos territi
 facti cum vidissemus incredibilem fetorem, plus quam
 sulphureum sentimus, adeo obid, ut multum per dies,
 nulla modo ex cubiculo eliminari potuisset. Pre-
 veri Lanckoronski per multos menses dolore pedis cre-
 ciatus e

cruciatu & agnovitq; se, litte intenta vidad peccape.

268

Nicolaus Raszko

Sanguis Dani clavicarius fuit Nicolaus Raszko, corpore qui-
dem exili, sed animo generosissimo miles. hospitem in bonis
suis exceperat Stanislaus Wlodek Palatinus Betsmea, et
quidem vesperi Sabb. Cum illuxisset mane, adhortus e
Palatinus ut recreationis gratia ad venationem se cum pro-
ficeretur, priusq; res Divina peracta fuisset. Paruit
Palatinus, parvusq; et nos, qui in Comitatu fuerunt atq; ut
primum immisi fuerunt canes, apparuit veteranus Lepus,
quem conspicatus Raszko: meus e iste lepus polonico idia-
mate loquens, moy to kot, atq; immisiis habentis equo cu
concitatus currit, ex oculis nostris eripitur. Nos diu deer-
nantes p campos, audiende misse ergo ad aulam redimus,
sed Dnu Raszko n offendimus Domi. Solliciti ergo de abren-
tia illius, pene biduo amipn requisivimus ac tandem Octo
die in palledi satis lutulenta, egre iam spiritu trahentem
invenimus. Quem exulu de illo ceno, cu recessemus,
huc ex ore eius accepimus. Lepus ille quem perditis inse-
catus su laudis et glorie lucranda gratia. Cum me sub-
duxisset oculis vestris, conversus e mibi invalidissimu
rustica, qui me apprehensu, n modo de equo detruxit
sed et terra allisit, atq; validissime potenti fuste concussit,
atq; in ceno indignissime volutu, plene exanimem re-
liquit. In quo jacuis sine ullo subsidio, toto hoc decursu tem-
poris, quo a vobis separatus vixi. Non multo pt tempo-
re Dnu Raszko cu n potuisset sanitate recuperare, mi-
rens docuit, quam in reverentia haberi debeat dies Di-
vino cultus sacer.

Festi irre-
verentia pu-
nita

Admicos

Adamus Konarski

Inter legionarios hastatos, qui sub Joannis Zamoyiski auspiciis
 floruerunt, fuit hic Adamus satis eximius, quidem appa-
 rabat expeditio adversus Carolum Surdenarum in Lissonia
 famulum praemisit Leopolum, cum pecunia 3. millium
 quam ad phaleras ceteraq; bellum ornamenta compa-
 randa destinaverat. Leopolum veniens ille famulus,
 societti alleatoru se immiscuit, atq; quendam de nu-
 mero hujus foris, selegit quem ad perditu hoc ludige-
 nus secu tractandu provocavit. Caput igitur infelicem
 illum, ateam infeliciter tractando ventilare. Verum
 cum ille provocatus faventem sibi fortuna habuisset,
 provocatoru perditu jacentu sepeas omnibus, atq;
 pene ipsis vestibus spoliavit. Sic provocator vindicta
 animo conceptu ad depositu fidei sua concredendum pro-
 siliit. Ludit infeliciter, nam totam pecunia domini amittit,
 qua amissa cum sera penititudine urgeri cepisset
 noctu tenebris insurgentibus, vestibulu ac atriu do-
 mus hospiti inambulare cepit. Sed ecce cu ille secu
 dispicit de damno, hanc suo illato, videt militem ad se
 accedentem, cui famulus accensa facem proferebat, sus-
 sistit, atq; venientem contemplet. Accedit ille, stantem
 primum salutat, tum quis? cujusq; est? sciscitatur. Deniq;
 cur adeo tristis est, inquirit? tandem infelix ille sua
 infortunu incusare cepit. Sic ille advena, solatium
 ille suggerendu multa ad meliore mentem aspuenda,
 attulit. Perditus autem, cu nullu solatiu admitteret imbutit.

270
si quis mihi subministrare vellet pecuniam, animam illi offer-
rem. Audita hac voce miles ille dehortari illū a tanto scelere
cepit. At vero aleator cū constantissimū se proclamaret, tum
allocator ille Daemon sub imagine militis latens; inquit. bo-
no esto animo pecuniam habebit a me, et heri tui et omnium
tua imo et provocati recipies modicā amā tuā mihi inscri-
bas. Clitias inquit sanguinem de auriculari digite, atq; pactū
pro anima scripto firma, Schediurnq; versus fornacem pone
En pecuniam tolle, feliciter fesperam projice, victor eris,
Accepit ille pecuniam, atq; pactū scriptū cū satisfecisset, laca-
torem illū provocat, certat, vincit, recipit, et propriis illū
omnibus spoliat. At tū triumphans de victoria, tertio ab inito
pacto, die, necitur quo casu, a pugnantibus inter se mi-
litibus, in capite sauciatur, quod vulnus statim sacro igne
concepit. Chirurghi acciti, ac satis in gravi periculo versari
cum vidissent, permouent, ut ad mortem se compone-
ret. Detrahat ille acceptare consiliū, vocatur nihilomi-
nus e vicino monasterio confessorius de Ordine S. Fran-
cisci de Observantia. Verū cū pedem immittit in illa se-
des sauciatur ille moritur. Rem jam peractam videns Lusus aleator
sacerdos ad sedes suas redit, et ecce mortuus ille revixit infelix.
et facta sua, & potius pacta narrans, ad instar leonis
rugiere cepit. Multa illi tunc dicta de misericordia Dei
que surda aere excipiebat, Tandem cū revocatus sa-
cerdos postliminio rediret, corvi qui tunc ferno sive
camino insidebant, immiserunt se in hypocaustum, et
excitantes ad primū ingressū illius religiosi, una cū in-
felicis anima p̄ furnū evolarunt. Forte supervenit Dñs

pecunie permisse, cum sua reciperet, à demone datam non in-
venit. Damnatumque illud cum ad divisiones viarum evecti man-
daret vix multis equis ad spumas fatigatis cum exportaret,
deponens infelix cadaver ad terram, cum circumstantium
turba primò videt sandapile inferioris aperam sua spon-
te resillire, mox cadaver per pedes ab invisibili spiritu pro-
trahi, atque in aera rapti ac tandem ex oculis hominum
evanescere, sic loculi vacuum terre iniecerunt, perditus au-
tem aleator una cum anima et corpore ad infernum raptus est.
Timele Dominum et ad iracundiam nolite provocare eum.

Hieronimus Wollowicz

Fuit Capneus Samogitiae, homo singularis pietatis, doctri-
nae, atque in sublimi doctrina simplicitatis eximie. Fu-
tus ab illo aberat vigilantie singulariter addictus.
non nisi tertio die quieti se dedit, duobus autem antece-
dentibus noctibus, lectio variorum authorum, quos ipse
legebat, et a famulis deputatus lector. Singulis namque heb-
domadis appendebat Catalogum officiorum in quo describe-
bantur Cubicularii in officiis singularum hebdomadarum. Porro
aulicam juventutem exercebat in iudiciis et iure. Nam horu-
mana expedito suo officio missus, sua iudex deputatus ab
illo et a seipso iuxta regulas fori, causas productas ju-
dicabant, ad quae iudicia lectus erat et ipsum Capneum
aditare. Unde aditibus scitebat se, et parebat iudicium
sententiae. Quadam vice nobili famulo colaphum impo-
sit, qui Capneum in ius ambulare per citationem iussit.
At Capitaneus in ius vocatus comparuit. Producta disceptatio

causa juxta statutum Lithuanicum, causa cecidit, sententiam accepit, ut una hora carcerem occuparet. Paruit exemplum; dedit suis famulis, quante in honore habendi essent Judices. Et quamvis illi relaxabat, ille carcer, noluit eam gratiam. Sed sententia satisfecit. Unde id commodi retulit, ut v. minimi defectus aulicorum jurisdictio castigarent. In quibus judiciis lenis judicanda, fusta putavit, asperem, inopia inuitante facta, gratia conservanda vite. Multis ille virtutibus conspicuam vitam duxit, maxime religiosissima pietate, liberalissima in elemosynalargitione. Moribus erat antiqua simplicitate plenus. Primi thori conjugem cum patris jubentibus amisisset adjevit animum ad iterato celebrandas nuptias. Intellexerat in vicinio esse nobilem feminam, quae ex recenti mariti sui Woyna, morte viduitatis sortem deplorabat, spes ergo vivende animum asumpsit, utq. frequenti stipatus comitatu, quem semper numerosum alebat, aulam ipsius ingressus est. Erat id dies Jovis, quo Patrefamilias aedes viduas subintravit, in quibus gratissimo exceptus hospitio, cum canationi accumbit relictae facis oratoriae licentiae, sic Matrem familias morentium ediu affatur. Domina constare vobis puto me esse ex morte conjugii meae, privatum consortem thalami, me quoq. n. proterit, te in eadem nave luctus navigare ex quibus propositionibus infero me adjevit animum ad iterato Neosponsi personam assumendam. De tua etiam voluntate minime dubitandum mihi est quod ead. curat coquat mentem tuam. Quare duos amicos, clara faciunt pasta. Dic age. Estne tibi mens, ut tibi me copulem lege matrimonii an non? Ma aspen-

tiente

hente, ait: Custina die sit nobis sacrosancta in jejuniis seruan-
do Sabbo conscientie maculas expurgemus, ut sacris epa-
hâ reficiamur. Dies solis serenitatem nuptialem celebre-
mus. Sic magnificas ille nuptias, absq; prodigalibus impen-
sis in omnium admiratione celebravit. Semper fuit exi-
tiosissimus hostis pompæ et thypho superbia, inutilesq;
expensas, in elemosynas commutabat. Unde singulis an-
nis ad refocillanda Christi mēbra, decem millia erogabat.
Mortuus in senectute bona.

Joannes Custachius. Tyszkiewicz

Victoria illius
in Livonia

Patri Palatino Brestensi natus, paternos honores, per Martios labo-
res consecutus ē. Nam cū Capitaneū Luisceæ, egisset singula-
ri bellica alio fortitudine in Joannis Caroli Chodkiewicz
exercitu, pulchram prætulit. Unde septingentis comitatibus
in 5 millia Suecorum militū, eaq; ad intercessionem de-
levit, paucis, e suis desideratis. ipse tamen multis glandi-
um plumbearū n̄ levis sauciatus. Vir erat excelsi et
generosi animi, totus mortem n̄ modo spirans sed et
preseferens. Nam et constitutio corporis robusta et vir-
tus rubicundus, et oculus Sauromaticy et sermo incita-
tior, et manus valida, nihil aliud loquebatur, quam bel-
lum et certamen. Consuetū illi erat cum ursis certa-
men facere, quibus uno ictu, acinace lateris sui, caput
amputare solebat. Hospitem Domo sua Cameraci exce-
perat Thomā Andrzejm Achaciu Grochowitzi Episcopu
Lueosienem, quem p̄t laudissimam mensam cum solenni

Musicoꝝ

Musicoꝝ concentu; nobilissimos enim semper nutrebat
 phonaſeos duodenos voce insignes, duodenos instrumentis con-
 spicuos; recrearet, Militantibus etiam ludis exhilarare voluit
 quibus premisi, ingentem usum producit, jussit, qui cu
 ad leuatum crepitu in pedes se erexisset, occurrens Tyszkie-
 wicz proprii lateris ferro, caput illi demepuit. Quo viso
 Episcopus, ad eo valida formidine cu anima periculus e
 ut relicta epulis fuga se ex aula subduxerit, metuens ne
 aliquod sui fortitudinis in se spectaculum exhiberet.

Fortitudo
 eius.

Multum huic homini debet collegium Brestannu
 ex eo quod apud illum muri qui modo Templu faciunt, coem-
 pti sunt, satis justo pretio, quos ille pro mercatoris tabernis,
 Iudeis a fundamentis crexerat. Nam Patre Adamo Ma-
 kowski superiore residentia Brestensis instante apud Geo-
 nem Sapieha Cancellarium M. D. L. minori pretio ve-
 nerunt illa mania Societti, idcirco, quia Tyszkiewicz Frisuo
 natu majori Georgio Tyszkiewicz Soc. J. tunc provincialom
 agenti per Polonia minor pretio dimisit. Quamquam et
 ipse multum se liberalem in societatem testabatur elec-
 mosynis subueniendo.

Multa ab hoc Senatore preclare sunt gesta, maxime in
 tuenda Patria, quam ita amabat, ut primum semper locum
 occupaverit cu vexillo in exercitu, quoties aliquod periculum
 ab hoste ingrebat. Nam et contra Osmanum Turcicum
 Imperatorem cum ipse per ogritudinem ad defensionem
 Patrie protilire n̄ potuisset, filium suum Casimirum 18
 Annoru um legione hastatorum, ad castra misit. Et
 contra fedifragum Adolphi Gustavum invadentem

Prusiam

Prupiam, primus ad latus Sigismundi Stai cum legionibus ste-
 tit, fidem in Deum, Patriam et Regem exemplo declarans, Haec
 in pte infelix denunciari debet, quod Judaeum totum se in omni-
 bus intimis credidisset. Erat vaser et omnibus dolis consultus
 Judaeus Jacobus incolens Oppidum Camenecum Lithuanicum.
 Stai dexteritae sua insinuavit se in gratiam Tyzkiewicz jam
 tum Palatini Bresten, Nemo illi charior, nemo fidelior,
 nemo in rebus agendis expeditior. Complures annos ea pro-
 speritate fruebatur Judaeus, donec quapiam occasione cum offer-
 sum persensisset suis rebus Palatinum, aperta se hostem
 profiteri ausus est Palatinum. Re perspecta Palatinus in
 Judaeum et consortem ejus atq; liberos, indignatione effudit,
 cui ferenda cum impari se vidisset Judaeus Majestatem
 Serenissimi Sigismundi adiit, ibi omnia secreta Palatini
 prodidit dicta sua certis literis, manu ejusq; scriptis con-
 firmavit. Rex quae clementia fuit, Judaei patrocinium suscepit
 datus ad Palatinum literis, quas cum Palatinus legisset, post
 multam dissimulationem in vultu, interiori dolore et af-
 sidua sollicitudine reloquens, ansam infirmitti subministra-
 vit, atq; cum principis mali occurrere neglexisset, in lethali-
 tem cegritudinem morbus commutatus, morti affinem fuit.
 Adverterat periculum mortis Sanctimonialis Magdalena
 Kolendrianka femina et satis religiosa, et cum Deo conjun-
 cta, atq; ut rebus animae suae consulere, hortamento fuit. Vir-
 gencosus et bellivus appetus, primam contemptui admonitio-
 nem habuit. Tandem cum gutta caverat lapidem non vi sed sepe

276
cadendo procrastinatione usus, imperat evocare Bresta quem-
piam ex Ordine S. Francisci, cui statuerat intima conscien-
tia reservare. Interim ingruentibus noctis tenebris, quae
opus erant majestate ad augusti exiipiendum in aula Do-
minum, disponebat. Digressis omnibus ex cubiculo, repentina
infirmus p̄t noctem mediam illum invasit, adeo acerbe, ut
ante lucem in vivis ee desisset. Interim dum ille de crastino
 cogitabat, Religiosus Bresta evocatus, tota nocte Cumenecen-
se Oppidum et aulam oberrabat, nulla ratione viam rectam
 ad aedes Palatini invenire valens, licet gnaros vice aurigae
 habuit, nec prius viam reperit, quam dies illudisset. Sic vir
 strenuus et Martius dū lacris expiari differt, opinione citius
 vite cursum expedit. Funus illius Filii quos 5 reliquerat
 insigni pietate condecorarunt. Non in summa frequentia
 nobilitatis, singulare specimen pietatis in Parentem ediderunt.
 Convento enim ordine cū diversi ordines centuriati pro-
 ceperant, Clerici vestigia sergis currus viloso serico nigro
 cū equi contactus transisset. Funaliorū frequentia
 suscepisset eorum vestigia institerunt 4 filii, qui raro
 exemplo Parentis feretro humeros subjacentes, extremū
 obsequium progenitori reddiderunt. Corpus defuncti maxi-
 mus natu filii, jam tunc Vitnensis Infantalus secutus e,
 que pius in Parentem multis lacrymas excivit, quamq̄
 totum funus a multis plurimis lacrymis frequentatum
 Celeritate in exequiis perdrante, et facta virtutesq̄
 tanti viri percrenente

Andrus Sredzinski

Quoniam funeris mentionem feci. superius, aliquid de

de pio et Christiano funere referam cuius spectator adfici
 plurimorum funerum contemplator fui in quibus in tantum splen-
 dorem, maiestatem, et pompam contulit sum, quam perditum
 et profligatissimum ludum unum huius Andree funus, Chri-
 stianum iudicavi, cuius ordinem texo Andreas Sredzinski de-
 licie Zamoyscianae Domus, non ob allicios dolos et adulatio-
 nes aut frivolos sed ob pietatem, prudentiam fortitudinem
 et fidem in Zamoyscianam familiam. Aulicus ille quidem
 fuit sed semper Christum praeculis circumferens. Imma-
 culatam Virginem summo affectu veneratus est, cuius ut
 se servum omni in loco testaretur semper de collo appen-
 sum Rosarium gestavit. Sic cum advertisset se lethali mor-
 bo oppressu totum se regendum tradidit sollicitudini et religio-
 sitati P. Nicolai Gyrowski Rectoris Collegii Jaroslavi cuius
 epidua vigilantia cum anima Colui fuit credimus si
 petisset funus illius sic peractum est. Primum plebeio curru
 Jaroslavia ex bonis suis advectus e' binis equis, simplici locu-
 lo inclusus. Curru intratus erat simplici pannu ulnarum
 anisi 4. stipabant latera curru duo famuli totidem
 surricula ferentes. Curru antecedeabant centum subditi
 bonis griseis vestibus induti ad talos usq' defluentibus, col-
 laria vero a vestibus emanantia, in cucullos efformata ha-
 bebant, ita ut omnino funebris pompa in illis amictus
 appareret. Sine ulla itaq' pompa illatum e' corpus ad Templu
 Mane sequenti Clerus ex diversis locis accitus, cadaver in
 cumstetis, atq' pulchro ordine invicem sibi succedens Di-
 vina operatus est. Porro imminente hora q' universus
 Clerus coronam circumsepit in foetro jacentem, gravi pietate

Formamisti-
 ani funeris

278
precinens funebre officium, quo peracti P.P. Societatis, Sacris
operaturi ad altaria acceperunt, in summa ora cū phonasorum con-
centu missam, peragente Rectore. Et quoniam testamento cauerat
neclogia ipsius pro conuione celebrarentur, ~~potius~~ sermo habi-
tus est de aspidua recordatione mortis. Quo finito, Sacrisq;
peractis, amicisq; dimissis, nullum enim amicum, nullum
hospitem invitandum ad pompam funeris celebrandam ca-
uerat, si universus deus ad vicinam Collegio eadem convocatus
mensa accubuit. Erant autem soli sacerdotes numero 100 sin-
gulis, in separatis paropidibus fercula 10 apposita, vini lepista
sive lagenarū mediam ollam continens, lagenā Cerevisie pro
sufficiētia. Antequam à mensa surgeretur, singulis superio-
ribus Religiosorū et Praefectis Templorū appositi sunt floreni
30. privatis autem Sacerdotibus floreni 10. Sic dimissis Sa-
cerdotibus, ventū est ad pauperes, quorū 500 numerati sunt
Ex his singulis separatim in argilaceis paropidibus apposita
fercula 5, panis magnus, caseus, orbis cochlear et cantharus
cerevisie. Post sumptū cibum discedentibus, datus florenus
unus, integer panis, caseus, amphora cerevisie. Sic more
Christiano expeditae funebriis pompa Andreæ Szedzinski
qui Collegio Jurislay legavit amplius millibus 7.

Philippus Wotucki

Magni illius Pauli Wotucki Principi Vladislav, uteriq; quem non
aliqua politior literatura commendatum fecit sed herose Polono con-
spruus et excelsus animus, qui n̄ modo in Martis pulvere inui-
ctum proliatorem testabatur sed et Senatorius subreliis su-
latternum Patrie Defensorem. Cultoris Sacratissimi Dei

Centorius

Genitricis ardentissimus fuit. Immaculate ipsius conceptionis
 ad profusionem sanguinis defensor. Casus infelix tulerat
 ut nocturnis incumbens tenebris, subito erumpentibus
 flammis Philippo estrato consurgenti, festino cursu spect
 querenda in columitas, quam rem cum agit, oculo inpegit
 in seipimenti acerbiorum spinam, ita graviter, ut oculus suo
 loco mutus in genam diffunderet. Dependens à nervis suis. At
 Philippus plenus fiduciae Sanctae Matris auxilium implorare
 cepit, atq; Cestochoviam iter instituit, dirigens discipulum
 suum per Petricoviam ubi tunc Iudicia Tribunalitia ex
 more Patrio celebrabantur, in quibus infelix solium hereti-
 cae pravitate immisuerat se puro tritico orthodoxae Re-
 ligionis, cu fine ut religioni cui prodesse non potuisset, obsequi
 valeret. Ubi igitur Petricoviam ventus est, frequentem Iud-
 cum Tribunalitiorum coronam adit, atq; in haec verba fatur
 Sicut in hoc sacratissimo consensu non paucos numerari, qui vi-
 rulentas linguas in honorem sacratissimo Dei Genitricis
 rivibrant, ad quas compescendas haec veni. Spectate universi
 oculum meum infelici casu loco mutum, videte genam in-
 herentem. Nulla vis medicorum pristino loco illum restituere
 potest. Vado ergo Cestochoviam ad limina Divae Genitricis
 plenus fiduciae, me recuperaturum oculum, sanctissima ipsius
 intercezione epitulante mihi. Quibus dictis captum iter ar-
 ripuit, atq; in aedibus Sanctissime Dei Parentis voto suo
 potitus est. Dumq; iter per Petricoviam relegit, rursus
 Iudices adit, et sic affatur. Videte Antimaria videte et erube-
 scite vestram improbitatem. Movit aliquos evidens beneficium
 fato

Miraculum
 in oculo resti-
 tato

B. V. ut heresim ejurarent. Huius Philippo consuetudo pra
 fuit. Submotis à mensa epulis ut presunderet occasionem
 inutilibus colloquiis, erigebat se de loco suo, atq; aperto capite
 junctis manibus cantabat patria lingua carmen De B. V. O
 o Maria cna D. i. u. i. c. o. Tum canticum illud à S. Udalberto
 conuinatu' Boja Rudzica. Illo autem canente oportebat
 omnes canere cum devotione et modestia. Accidit Radomia
 in moraretur ut hospitali mensa exciperet omnes transeun-
 tes milites, atq; illis satistractatus, cum ad solitum surredisset
 devotionem. Tyro quidam inter milites subridere et joculari cepit
 Devotionem. Tyro quidam inter milites subridere et joculari cepit
 Sustinuit patienter Philippus et quoniam Palatinum Naveny
 tunc egit, postquam resedit finito contu, terribili vultu et
 acerissima oratione tyronem illum objurgavit, offrontem et
 mentem motu aperens, qui orabesceret laudes Dei Geni-
 tricius. Unde factum ut post modum accedentes ad mensam
 illius, summa cum pietate cantus illos persolverent.
 Hereticorum semp accessimus opugnator fuit quorum cum sci-
 vepet Antesignanum fuisse Christophorum Radivilius Duce
 copiarum Lithuan, nullam occasionem sibi elabi potuit, qua
 non illum divexerat. Accidit ut p foru' Variavien, iter
 faceret Radivilius equo albo insedens rubro colore ad
 costas miniato. Anripuit occasionem Philippus, atq; in te-
 natu cum yetba faceret, ait. Spectatorem ego in per for-
 rum Variavien, hippocoznonem egyptet D. Radivilius
 si nunquam enim vocabat Ducem, leporem affinxit Jocus illius
 nobilissimum, quem commendabat mihi depictus equus,
 augurabar enim hostili rubere sanguine, dixiq; quam glo-

riose

riose depugnavit D. Radivilius, cujus pugnae testis est equus
 qui undantes sanguinis rivus felici proelio discurrebat. Ve-
 rum aspectu mei miniatur colore, n' purpuratu' sanguine
 affirmarunt. Jocus hic infacetus fuit Radivilio, sed Res
 publice salubris nam hoc joco taxavit hominis pusillam
 mentem, cu' tamen Hercules videri voluisset. Frequens
 illi erat cum hoc Radivilio concertatio, adeoq' gravis ut
 quandoq' prorupisset Radivilius in verba mustem mi-
 nitantia oblata occasione. Acceptabat Philippus minas
 equo animo. Porro accidit ut finitibus Comitibus iter face-
 ret Notachi Rusam, et incidit in Radiviliu' qui in hi-
 thuniam arripuerat viam. Quare nihil territus Du-
 cali frequentia accidit ad Radiviliana Rhedam abq'
 Ducem affatur. Dne Radivilie ex tuo ore profertur
 quod prime loci et temporis opportunitate de me
 vindictam sumpturus es. En locus et tempus. Sive
 es, aude tum Dux Dne Philippe minor quod jo-
 cos in seria convertatur. Ego vos amo, et inter amicos
 censeo. Verba volant amicitiam n' laedunt. Sic ultro
 citroq' sermonibus habitis amici digressi sunt. Sed
 per tamen Philippus joco veritatem instillabat Ra-
 divilio, ut pote homo illiteratus, et antiquorum et im-
 plium morum. Vitium tamen indomita carnis in
 illo sedem posuerat, sed et hoc antequam dies mortis
 acciperet edomuit, adeo ut improbius bestiae s' non

282
enim jam per ostium ad illum patebat eis acceptus, ad motus scalis
per fenestras loquerentur ei. Palatine Palatine ego sum tua
charissima. Ille accepta imagine Crucifixi Jesu responde-
bat, sed ego nō sum jam ille qui fueram. Fui fuissem aliquando
propheta quam me penitet, quam pudet. Totum se ille jam Di-
vino amoris atq; penitentiae tradiderat, atq; tota infirmitate
sua Crucifixi imaginem seip. de seip. noctu de manibus
deponebat, atq; in complexibus et osculis Jesu de cruce pen-
dentis ultimum spiritum exhalavit. Tota vita fuit de-
votissima Sacrosanctae Dei Parenti, cujus imagi-
nem vestigii sive ~~collo~~ planta de collo gestabat, et in ma-
tutina devotione ardentissima pietate colebat seip. adver-
sus omnes insidias hostium tam animae quam corporis
premuniebat.

Venceslaus Leszczyński.

In hoc homine singularis misericordia Dei eluxit. Siqui-
dem quamdiu heretica pravitate infectus vixit, tamdiu
ingentium prodigum opum, hostis fuit Sigismundi Re-
gis, verum ubi lumine fidei Orthodoxae illustratus est
Rex Sigismundus sinu paterni amoris illi apparuit.
atq; ad amplissimos honores Procancelarii et Cancellarii
vocavit, in quibus frequenti tergitione diversarum gu-
bernationum sive Capitaneatum hominem debitis obli-
gatum jovit, ut oneribus se eximeret, de hoc homine id
memoratu dignum, quod evidenter signa affuturo mortis
accepisset dnm Generalis majoris Poloniae renun-

tratus, cum per Potuchiam Varsaviam iter, Posnamiam faceret
 Templum ingressus, cum per Sepulchralem lapidem Progenito-
 ris sui, ad locum orationis reddenda Deo ascenderet, repente
 lapis sub pedibus ejus disiecit. Unde viso illa portento ex-
 clamavit. Nimis mature ad mortem vocor. Atque
 nos vivere in hac vita oportet. Alteru^m factu^m plausum venien-
 ti Posnamiam Generali instituerat Juventus Posnaniens,
 Collegiu^m, scenâ publicâ in arca comparatâ, in cujus fron-
 te majores illius Serzynie depicti fuerant, quos inter
 ipse Cancellarius et Generalis Majoris Poloniae effigatus
 stetit. In medio actionis, trabs illa a qua imagines des-
 pendebant fracta, per medium, ipsius imaginem scidit
 cum non vulgari argumento scienda curione à cor-
 pore. Eventus mox omen subsequutus. Nam postquam
 satis epulis, maxime vino indultum fuisset, nocturno
 tempore autisprimus febrilis ardor invasit triumphan-
 tem, atq; intra brevissimum curriculum temporis ex hu-
 manis abire compulit. Post mortem illius reperti thesau-
 ri nulli, debita ingentia numerata, ita ut oportuerit
 filios hereditariis excidere bonis

Rakocius

Anno 1657. Justitiam Dei superexaltavit misericordien-
 ejus. Nam Gabriel Rakocius quam pridem n^o obcuris
 documentis declarabat ambitionem, affectando Regnum Po-
 lonie, primis diebus Januarii manifestavit. Siquidem pro-
 misit literas nuncias irruptionis sue, quibus sollicitavit
 animus Polonorum, ut se in Regnu^m venientem, cum plausu

Fideli

284
Fideli, atq; Regio apparatus exipere, gratiam Regiam se
exipientibus adpromittens contra resistentibus ferum
et ignem minitans. Fuerunt tamen tam abjecta Polono-
rum pectora, atq; oblita generositate Polonia et ingenuita-
tis, ut non modo ad iudicia Castrorum, allatas literas accepta-
rent, sed et in portis Civitatum affigi permitterent. Succu-
verant inde Aeteticis animi, qui elanguerant per mortem
Janusii Radivilii et per eversu' Tyocinu'. Quare certatim
ad Rakocium convolarunt, quibus praedux fuit Stanistawski,
qui Legatus a Rakocium a Mareschalis Anni ex Castris
Cracovien' missus, perduclum se praestitit adherendo Ra-
kocio, atq; eum in Anni cum exercitu, quem ex colluvie
latronum conflaverat inducendo. Ultimis diebus Janu-
arii ad Oppidum Strigi stetit, ubi pacificum adventu'
simulans, in disciplina exercitum continuit, nulli damnu'
inferens. Inde Samboriam adortus, cum sibi nequa-
quam obsequentem vidisset, uno atq; altero apultu' facto,
plenus mirarum atq; furoris, ad Submontana' partes
profectus e'. Premissam iter Dirigens, cui in itinere
occurrit Szemberg, cu' expeditis aliquot vexillis
nostrorum, primumq; in uterum Ductoris Hun-
garorum, impetu' fecit, atq; venientem cu' aliquot
millibus militari ferro, velut ingratum invaso-
rem Patrie salutavit. Ingrata haec solutatio fuit
Hungaris, qui non modo avertunt faciem a
Szembergianis, sed et in fugam unitatis equis
terquam, se insequentibus ferendum objecerunt.

Ingressus Ra-
kocius in Polo-
niam.

Aliqui

Aliqui vero ex fugientibus sani fluvii vorticibus se abdi-
 derunt, nunquam et patriam terram, et hostiles tur-
 mas viduri. In eo melio cecidit Dux, omnium Ger-
 manus Dux Copiarum vexillum acceptum in effigie
 B.V. cum lemmate Patria Ungarie. hoc vexillum in
 veneratione a Polonis acceptum, gratias agentibus Deo
 quod Sanctissimam Dei Genitricem ad castra misisset
 secundus miles Legionarius contra Ungaros, parum
 feliciter rem gessit. Unde succrevit hosti audacia
 Premishia admovit exercitum, in quo magna pars
 nobilitatis tunc morabatur, non defendende Premi-
 shia gratia, sed salvande proprie incolumitatis.
 Prem verba Premishia salutem et precem et pactionem
 erit, hac conditione, ut nobilitas ad Rakovium
 transiret, quam ille superbe satis, atq; arroganter
 salutavit, et serviliter tractavit. Tandem ex ani-
 mi sententia succedentibus rebus, Prorsicam
 perrexit, nostris Ducibus Lezaysei subistentibus
 et de tuenda salute per fugam consilia capientibus.
 Interim hostis fortunam sequens Leopolum, par-
 tem exercitus mittit, sollicitans Leopolienses ad de-
 ditionem, qui paulo ante exclusis a Civitate nobilibus
 a quibus illis maximum periculum imminebat,
 propter excelsiores eorum Spiritus, quos pre se ferat
 nobilitas, Civem despiciens, hosti generese respon-
 derant. Nolle se ullum cum hoste habere colloquium

Superstite

Superstate Serenissimo Casimiro Rege, cui suam fidem
obligant servandam.

286

Infectis rebus viduis pars illa ad tumidum et arrogantem Ra-
kocium, qui cum intellesset Supremum Ducesm Leraysko. Tu-
robinum ab ipse Ductorem verò Campestrium Copiarum
Lancutum versus korakorum in exigua parte ad perse-
quendum Generalissimum misit. Ipse verò Submissio
Campestrium Duci intectus, omnia bona ipsius, atq; Fru-
ctus, ferro et igne vastare cepit. Interim securiorem pri-
mum Martii Turobini an Bilgoray cum agit Potocius
korakorum colluvies in Kochanovici cohortem, in custodia
stantem, impetu fuit, ipsum Kochanovici et duo Corn militi-
nes capit cum ipsius filio, alios statione depellit ipsum
Ducem semivinctum vestitumq; cum 4 millium vestit-
li, intemperta nocte in fugam conjicit, ita ut Krasnicum
ante ortu solis cum toto exercitu accurreret. Atq; ibidem
minime fidens visibus suis, sole ad occasu vergente
Krasnicum discessit, Eodumq; hora 2da noctis pluvio-
sa satis celo venit. Fuit id dies 2dus Martii. Duo in locu
dies pene 4 moratus est donec Betocius discederet.

At parte alia viduella, Lancuto Submissus Casimi-
riam venit. Hostis verò velut immunitissima fera, omnia
ferro et igne vastabat, Lancutum non nisi uno apulta
laepivit, viam direxit Cracoviam. Memoriam impie
invasionis relinquens, Templis non modo spoliatis sed
et incensis, ac funditus subversis, Sacerdotibus mactatis
Colonis Civibus occisis, Oppidis exisis, ita barbarè, ut
modi vix faville impietatis illius extant Leraysii Tem-
plum satis magnificu Fru de Observantia vastavit.

Amaynem

Leruzii caede Imaginem sive Dei Genitricis multis puellarum mi-
 a Rakocis ruculis dehonestavit aliquot ejus Sacri Ordinis fratibus
 in Templo, violentè ferro vitam ademit, multos no-
 biles ibidem obtruncavit, atq; spolia ampla sustulit. San-
 domiriam paulo ante, incendio deformatam, novis ca-
 edibus et rapinis complevit, atq; in Collegio S. J. Fra-
 tris Stanislai Kobozny corpus exanimè crudeliter
 traxit de quo pag. 37 Abiit tandem Sandomiriã
 vastatã tetra illa bellum Cracoviam ubi a Versipelle
 Virtutis humanissime et cù plausu acceptus, et in Re-
 gium palatium inductus, regia amplitudine tractatus
 est. Die insequenti miseris Civis Cracoviz, com-
 pulsi sunt claves Civitatis ingratisimo hospiti reddere
 quã Btho dei discedens Cracoviã reddidit Civibus, sed
 4 millia Ungarici militis pro presidio reliquit. Varsa-
 viam iter destinaverat in occursum Caroli Gustavi Swe-
 vorum Regis. Sed antequam pervenisset Varsaviam
 Carolus deplorata morte Duglari Davicii occurrit
 Rakocis, atq; federatis exercitibus ad insequendos exer-
 citus Poloniz direxerunt copias suas, in quibus jam
 numerabant, ultra 80 millia hominum. Siquidem
 Exercitus ille conflatus fuit ex Ungaris, Transylvanis
 Valachis, Rusis, Moldavis, atq; Lemenis sive
 Muscovitibus militie è bellicosissimè simile Turcarum
 Jamizeris, a Rakocis evocati fuerant a partibus Ana-
 toliae et Siciliae, cujus generis militum 6 millia
 numerabant, in quibus totum robur posuerat Ra-

ex pte vero Caroli reliqua Succoru erant, et magna pars
 nobilitatis Pruthemice vindicantis se suasq injurias, quas
 per Scythiam inuersionem Duce Sub Chan Kasi Aga
 Nachaii acceperat. Et plurima alia turba, Caloru raptu
 ru Lisatum, prudentiam, incendiarioru, ob quam multi-
 tudinem, nulla ratione bene ordinata et disciplinata castre
 eo poterant.

Porro in itinere copiis, insequi Polonu Exercitum caperunt,
 Exercitus autem Polonus, Casimiria Betricio, tum Lublinu
 Deinde Lukoviam, praeterca Mederacum, Mederco Biata
 Deinceps Brestam, tandem Kobryn, deinceps Lubomliam
 ad extremum Sokulum pervenit. Acriter hostis per-
 sequebatur nostros, Ratnu usq.

Accidit ea Exercitus Polonici persecutio primis
 Aprilis Nam 8 Aprilis a hostitem cu pecore Collegii
 bonorum, cedendu mihi fuit Rodovio atq per mediam legio-
 nes fere fugientes Betricio, deducendu pecus septin-
 gentorum caputum, quod postea Divina adspirante
 gratia ad locu suu redus incolume. Sed aulam barba-
 ra feritate hostium fadatam repert, in qua in ma-
 nipulus hostis, cu habitantes a reperipet, prima in-
 rabiem vertit in imaginem B.V. quam impio ferro cen-
 sauciavit, plurima vulnere, qua ipsi innocentissima
 Virgini, qua dilectissime ejus Soboli, tam in facie quam
 in manibus ac in utero delineatis. Corporis par-
 tibus infligens, et vulnerans. Gravius tamen deser-
 vit in J. Casimiri effigiem, quam ex sacello protu-
 ctam, extra praedium, minutissima in frustra discer-

psit.

psit. Taceo alia in medijs patrata, et in aedibus privatorum
 subditorum, illud addo, triginta unum de patribus familias
 occisos.

Lublinum spoliare omnino voluit sed supplices Civis
 misericordiam implorarent, quam per Cancellarium
 illius, hominem prudentem obtinuerunt. Qui exercitum
 Domini sui et Principis, n̄ alio vocabulo nuncupa-
 bat, quam colluviem Medicabulorum. Ad Breslam
 cum venisset Exercitus noster, litteras accepit M̄nus
 Generalissimus a S. R. M. tunc Danhovie manente
 quibus et M̄m̄ Palatinum Prussiae Czarniecki ad
 se evocabat et imperabat, ne cum hoste in prelium
 descenderetur, quod prelium summe affectabat Palati-
 nus Vitnem, Generalissimus M. D. L. Sed n̄ fuit id
 voluntatis Divine, ut iniretur prelium

Prædians ergo Breslam et Sucus et Fransylvanus oppu-
 gnare volebant eandem Sed Castellanus Breston Sawi-
 chi Woynum prohibuit ne defenderet Civitatem, obten-
 dens et validam manum hostium, et peditatus imbecit-
 litatem, et Judeorum perfidiam. Quare paucis positis con-
 ditionibus tradidit Breslam, quam uterq; hostis mu-
 niendam firmandamq; tradidit Scotto, nuncupato Gau-
 di, qui ante sub signis Serenissimi Regis Casimiri sti-
 pendia merebat. Sic Philocephus Sawichi perdidit
 Breslam, quam cum occupavisset Gaudi nihil quidem
 immunitatis egit, sed dolus et rapinis plenus, corradonda
 pecunia; ut sunt Scotthorum ingenia ad lacelle compo-
 sita se totum tradidit, utq; astutiam obtegeret, ad mu-
 niendam

niendam

290
niendam valle et fossa Brestam animum adiecit, festiq;
munitionem quidem Brestam sed ditiores substantiam
ex eo, quod sumptibus munitionis detrahit.

Interim utraq; fax illa accensa in exitum Poloni nomi-
nis fauoris fortune amice experiens. Varavianam ire de-
stinavit, quo in itinere inopinato ad Wegrowo occurrit cu-
suis legionibus hostium multiq; vita exutus auolat, ignoranti-
bus hostibus quam viam arripisset. Fama erat in illa con-
fusione, triplicem plumbeam glandem corpore excipisse
Gustavum.

Varavianam tandem ventum, ubi Gustavus poluit sibi dari
pecuniam in stipendium sui exercitus ideo quod iuvisset
Rakocium in debellanda Polonia jam enim utraq;
hostium omnino debellatam Poloniam iudicavit. Fecit
Rakocius, quod ab illo Suecus efflagitabat sed minime con-
tentus ea largitione, expectavit opportunitatem amplioris
acquirende pecunie. Quare ad oppugnationem Varaviae, u-
terq; exercitus accinxit se, quam satis bene et commode
munerat Serenissimus Casimirus Rex praeficiens Pre-
sidentis Dycki, qui ob id quia Aetholicus fuit perfidus
esse debuit.

Quare ad primam velitationem, hostem Varavianam ad-
misit, quam hostes nullo negotio ~~capere~~ capere, exclu-
sory Regio milita, Ungaros in defensionem induxerunt,
Victoresq; divisis exercitibus disceperunt. Rakocius ad
Submontannas partes dirigens iter, Gustavus in Prusiam
sed Suecus minime contentus praebita sibi pecunia, p[er]
disceperunt Rakocii. Varavianam invadit, Hungaros ad inter-

nacionem delet, atq; totam Civitatem praeda sui militis tradi-
dit. Unde vesano milite furente, omnibus fortunis Varavia
est spoliata.

Et quia ante adventu hostium Varaviam, Palatinus Rus-
siae Petricoviam adorsus, presidium Sueticu inde non mo-
do excluserat, sed penitus deleverat, Suecus in Prupiam re-
diens, omnes milites, quos in presidiiis habuit, ad se evo-
cavit, etiam Lovicio illis venire iussit. Torunium venit
ubi Torunensibus legem tulit, ut vitam pecunia redimerent,
quod cum Torunenses fecissent, presidarios ex Civitate ad ca-
stra residere iussit. Pacem se jam habere Torunenses
arbitrabantur, sed Gustavus praeter spem omnium rediit,
et Civitatem praeda suorum objecit. Torunenses tamen
neq; hoc malo icti, sapere poterant, sed cum potuissent se om-
nibus defendere, presidium Brandeburgici Ducis ex-
ceperunt, ut sibi majores calamitates coarceverent.

Rakocius vero cum Sueco discedente, consiliarios
non haberet cum Stanislawski omnia consilia agitam
supra vistulam incidens, cum maxima multitudine
lixarum / pauci enim milites in ejus exercitu numerabantur,
populabat omnia, cadaveribus terram operiens. Huc in sta-
nere ad montem Calvum salutifera Crucis accepit, et mo-
nasterium illud, quod innumeris annis incoluere, absq; ulli-
us hostis incurso, stetit, spoliavit et Sacerdotem Senem
Polignorum obtruncavit. Thesaurus tum Ecclesiae, tum nobi-
litatis Sandomiriensis, sustulit, plurimiq; vitam crudelissime
ademit; qui Sylvae se credentes, vitam servare voluerunt, quos
impius quidam rusticorum hosti indicabat

Sic rabiosa

Sic rabiosa illa bellua ibat plena vestigia sue tyrannidis relinquens
 jam Sandomiriam praterierat per suos Sparthacus spoliata
 jam Cratoriam attingerat cum nuncium accepit de Scarpini Cas-
 simiri adventu cum valido et potentissimo Exercitu. Fidem nolens da-
 re rumori, perfidum quendam Ungarum subornat, ut Legati apum-
 pta persona exploraret vires Exercitus Regii. Vipera illa parendu
 duens suo Tyranno, Regem adit atq; proliviori oratione nomine Tran-
 sylvani consalutat, cujus orationis hoc argumentum fuit. Ut sibi Scer-
 nispimus ingrepsim in Poloniam ignosceret facipe enim se id, non
 ambitione cupiendi, veripendi Regni causa superolite Regi, sed evoc-
 catum amplurium Senatorum vota, quorum literas in manibus habebat
 exhibiturus iis, ad quos ea res pertinebit. Rex Casimirus non modo
 tetram illam belluam clementer accepit, et audivit, sed quod majus
 maxime Christianum subdito suo perduelle largiprimam dextram
 aperuit, trecentis Ungaricis cum domans.

Atci jam Pater misericordiarum et Deus totius consolationis
 apprehendit arma et scutu et venit in adiutorium Regi. Namq; ex eo tempore
 videt manus Dei in Rakocium ~~versa~~ ^{versa} est, atq; illi omnia portenta
 et predicationes que ejus expeditionem in Poloniam inceperunt, in effectu
 deducta sunt. Constat ex diutis multorum fide dignorum Gentis Ungari-
 ce, quod Genitrix ejus, cum eu bellum in Polonos apparentem advertif-
 set, cum lacrymis et obsecrationibus, imo etiam imprecationibus in
 semel appropu supet, deponeret univum et bello eliminato, federa
 antiquitus firmata, et multorum serie annorum sancti servata in-
 numperet, alioquin si contemptui haberet obsecrationes suas et im-
 precatones, certam calamitatem, et funesta univum expectaret.
 Aderant et celo impa fulmina, tonitrua, grandines, et imbrium
 immense effusiones indicabant veru illud futurum, aque multa
 populi multi. Sed quemadmodum multatulo aquarum intumescere
 facit fluvius, qui celeriter detumescunt, quam intumescunt, ita

gloria

gloria Rakociana populorum multitudine arroganter intumescens, facile solvenda commonstrabatur. Quod quod meruimus eversiones subitaq; subversiones suis ruinis loquebantur multorum Ungarorum eversionem que caput illius gentis peteret. Casarea Majestas saluberrimo consilio occurrebat, misit ad Rakociam Legatū Episcopo Turinensi in patriae Fratre ipsius Viro Catholico, per quos hortabatur arrogantem Dominum ad pacem colendam cum Rege Poloniae Quamquam et ipse Serenissimus Casimirus idem plane praestiterat eisdem molus Celli presentens misit Supremo Secretario Regni Mno Dno Przemyski tunc Abbate. Haec omnia caueat illud pectus, irrisit, contempsit et cum cathinis explosit.

¶ Jam Dominus Majestatis cujus proprium est humilia sublevare, alta Deprimere, dextram virtutis suae in Rakocium restitit, atq; quemadmodum iuste pro peccatis acquisitae Poloniae castigavit. Sic et in Rakocium parvam Majestatis suae extendit. Legatus namq; ille perustrato Exercitu Palatini Rusiae, atq; immensis copiis Casareis in auxilium Regi misit, rediens ad Rakocium tum disertam Rakocio orationem fecit, ut statim in pedes Rakocio animus deflueret. Laqueis paratis percussus, curru, tormentis, et caeteras clutellas, boves et armenta proiciens, limphatis similis fugam arripuit, igne omnia vastans et ferro. Fugam cognita Palatinus Rusiae, a tergo hosti instans, acerbe illum die vexabat.

¶ Interea Paulus Sapieha Palatinus Vihomni Supremus Dux corpiarum M. D. L. cum suo exercitu ad ripam Vistulae accurrit, atq; ad Petravinum Mosanovo Kotzyrnium castra metat; partem vero militum cum Potubinski notario Campestris M. D. L. ultra Vistulam ad Palatinum Rusiae mittit, ut a tergo urgeret hostem. Incidit ad Pokrzywnicam in Palatinum Rusiae Potubinski ubi occupatum in administranda justitia offendit. Duo namq; Unione pravittis

circa muniendum terram vallum Lamocius cum operam assignaret, stipendium in singulos eos unius grapi decrevit. Russus Antonowicz cum legionibus Betzensi ex Palatinatu accurrens, vehementer hostem infestare cepit, ita ut nullam, in illa fuga, quietem habere potuisset.

Sub id tempus Compestrium Copiarum Dux Georgius Lubomirski ex irruptione Hungarica redit, parum prospere rebus gestis. Nam quamvis spolia ampla inde reportavit, plurima ferro et igne vastavit, attamen jacturam milium passim, in equis, imo et in nonnullis personis. Siquidem vexillifer huius Sobieski ex Potocensi porta, tormenti glande graviter laesus in pede. Confluentibus ergo nostris exercitibus opposuit se frontali hostili exercitu Generalissimus huius Lubomirski. Latus dextrum latepebat Czarniecki, sinistrum Sapieha cum Lithuanis a tergo autem dicebatur instare Scripsimus Rex. Ventum ad Lothviam, ubi hostis Ungaros, Valachos, Moldavos, Semenos a fronte collocaverat, a tergo Kosacos, ut in praesidio essent curraum, quos adhuc habebant non omnino paucos, quos per paludinosam loca traducere statuerat hostis sed 4 vexillis submissis Czarniecki, compulsi hostem, ut nullum superaret paludes desideratis compluribus curribus inde movit hostis exercitum ad Kulikowo ubi stagnantia sunt prata, quibus confidens praedam inter se partiri sperabat Kosaci. Sed protinus 4 submissis vexillis Czarniecki, turbavit hostem. Jam in manu victoriam habebant illa 4 vexilla, cum Kosaci resumptis viribus impetum faciunt in securos. Unde cedere loco dum compelluntur, Czarniecki alia 4 vexilla in subsidium mittit, quae juncta aliis, cum vim et impetum Kosacorum sustinere a valuptate, misceri se sperant, donec P. Sastrybski et Poielle condamasset, ut virtute Polone memores, ad confligendum

cum hoste redirent. Tum quispiam Legionariozum ait. Sequimur
 Pater jupa tua; atq; versis vexillis hostem aggrediuntur, curribus
 et impedimentis exuunt, ipsu hostem in palludinosis illis locis
 n' modo emergunt sed et ad salietatem tractant, et nisi nox pre-
 liu disomipet hostis de deditioe cogitabat. At huc crestabat ho-
 sti accedenti ad Gluniany gravis trajectio densissimi luti ad
 Magerow: ubi hostem Czarniecki tractus, plane quidquid ha-
 buit visium in Rakocium exeruit. Unde cum hostis resistendo
 non fuisset, misere jugulabatur, fugere namq; illum, densissimu
 latum prohibebat. Optata nox Ungaris sola fuit saluta aylum,
 ob quam ingruentem, Polonus debuit referre gradum.

Appulit tandem hostis Tamopolim, ubi in densissimo luto
 mergendum Rakocium opinabatur Czarniecki. Sed ecce impro-
 bus Piotrowski Capiteus Rudomy viam illi stravit per pul-
 dinosa loca atq; integrum et immonem abrie fecit.

Ati jam Kosaci in Rakocium iniquiori animo ee ce-
 perunt, aperentes sibi injuriam fieri, ex eo quid se antecederent
 incolames Ungari, se autem in fine positos Polonosu ferrum ob-
 truncaret. Quare antecedere Ungaroru Aquilas jupi ibantq; se-
 curiores donec Barszowham pervenissent. Ati Kosaci
 videntes inter fluviu Boch et Boreki interjectu aggerem,
 opinione celerius illu aggerem superarunt, atq; eo superato
 aggerem didjecerunt ita ut Ungarus cum et a fronte, et
 a lateribus septum aquid se vidipet, aduertit instare Polo-
 num Exercitum a tergo. Ambo enim Duce cu legionibus
 eum aperuli fuerunt. Extremum plane desiderium se adisp-
 se vidit Rakocius, atq; deposito feroci animo, de conditio-
 nibus incunde pacis cogitare cepit. Submissuq; timenico Ja-
 nurz Generalissimo sui Exercitus et Mikloz Nicolas Lancel-
 lario, pacem efflagitavit, ita tamen, ut nullas voluit acceptare con-

Dolus Kosaci-
 num in Rakoc-
 cium

Pacem petit
 Rakocius.

Conditiones sibi propositas. Anterea accurrit Czarniecki, atq; cognito statu rei exclamavit. Non ad condendas conditiones venio, sed ad pugnandum. Tum Kimeinius. Utq; et nos viri sumus, et ferrum habemus. ad haec Czarniecki. Mei mei com militiones ad arma, ad equos. Terruit hostem vox generosa. Quare ipse Rakocius Desiliens ex equo, supplices manus tendens, his conditionibus pacem impetravit.

Conditiones im-
positae

1^a fuit. Ut S. R. M. per Legatos deprecaretur. Huic oppone-
bat se Czarniecki volens ut in propria persona deprecaretur. Sed
aliorum precibus, cedere debuit.

2^a ut Ducibus exercituum et ipsi Czarniescio numeraret sin-
gulis centum millia. 3^a Ut Exercitui numeraret Decies centena
millia floren. 4^a Officialibus Exercituum centum millia. 5^a ut si
qua necessitas ingrueret Rni, ut decem millibus militum sul-
currat Regno, ita tamen, ut intra Regnum sit miles, non ve-
ro extra. 6^a Ut nunquam in Societatem belli veniat, et Sue-
ciae et Kosacis bellaturis adversus Poloniam. Hanc conditionem firmavit
praestito juramento. 7^a Ut omnes captivos absq; redem-
ptionis pretio reddat. 8^a Ut Templis spoliatis omnia quan-
tum fieri poterit, restituat, et hoc juramento confirmavit. Quae
Petit ut ii viri, qui ei occasionem impressionis in Polo-
niam fuerunt digna animadversione castigentur quorum nu-
mina in scripto porrexit et nonnullorum literas tradidit. Haec
omnia intra ~~sex~~ septimanas ad effectum sunt deducenda
Utq; fidem praestaret obsides Leopolum misit Kimeinium Ga-
nusz, et aliquot Principes viros. Tartaris licet n̄ adfuerint
recepit se daturum centum octoginta millia. Custodes Cor-
poris propter securitatem expetit sed negati sunt. Alta-
mea postmodum cum Tartari accurrissent, concessus Sa-
preha Notarius Compestis et Druzkiewicz, sed Sapieha
subtraxit se.

Porro notandum quod cum conditiones acceptatae fuissent
Cancellarius ille Nicolaus Michies dixisset. Etiam Astra

Eclipsim patiunt. Neq; hoc oblivioni tradendum, quod Rakorius cum nullo ex Ducibus loqui voluisset, nisi cum solo Carnicki, qui inter cetera colloquia dixit. Cyb nescio, quid nobis sit factum, sentebamus nos viros, animos nobis addebamus, exercitus ultra 40 milia numerabamus, de Celsitudine tua. si enim Cerniocium compellabat, quem titulum alius n̄ apponebat. scribamur, quod non nisi 4 millia numeravisset et tuam solam Celsitudinem timebamus. Punivit Rakorium Deus ille, quia ultus est injuriam suam, injuriam Sacramentorum consultatorum, versarum Ararum, profanatorum templorum, occisorum Sacerdotum, prostitutarum Sanctimonialium, et sepulchris erutorum cadaverum, innocentium hominum crudeliter excarnificatorum. Certe digna fide persona retedit in sola Cracovien Diocesi plures quingentis Sacerdotes ab hac tyrannica colluvie, fuisse excarnificatos, sed his precibus emungende gratia, atq; quo provocatoris etatis Sacerdotem viderunt, eo gravius in illu' deservierunt. Nam aliquorum capita funibus satis arcte colligata, vestibus immisis inter caput et funem, eodem velis torquebant, adeo crudeliter, ut et oculi elocis suis dimoverentur, et brachia ruperentur, ut a robru' diffugeret. Aliis per corvicem facto vulnere, linguas extrahabant, alios manus, pedes alios, virilia alios resecebant. Olexis p̄ pagus e' miwoszoru' Ditionis. sene comprehenso Cyrione, omnes tormentoru' machinas expedierunt in eum, n̄ solum caput fune et veete torserunt, sed et linguam extraxerunt a tergo, oculos eruerunt, manus, pedes amputarunt et indigne castratum volucribus et canibus vorandu' obicierunt. Quendam alium Sacerdotem fugientem in sylvis comprehensu' tortura subiecerunt, atq; de pecunia Diceret, compellebant. Sed generosus servus Dei confessus se habere pecuniam, et dixit eam vobis n̄ dabo. Tunc sinistra manu ei amputarunt,

300 Sacerdotes
occisi in Cracovi
Diocesi a Rako
riano

Tyrannia Ra
korianorum

Senes Parochus
occiditur

Constantia
Sacerdotis

comp

Cruelitas in
nobiles

Dux
Rakocii

Numerus ca-
ptivorum Hun-
garorum a Szythi

Vox Rakocii
dolentis

cumq; constanter eadem repeterot: Dextram praeciderunt, atq; ac-
cepisse utrumq; pedem. Cumq; hi Tyranni absciperent et quispiam
notus illi Sacerdoti accepisset Sacerdos, agnito illo amico, indicavit lo-
cum pecuniae, eundem obligans, ut pro anima illius procuraret plurimum
fieri sacrificio. Sed eandem immanitatem expectata est nobi-
litas. Siquidem comprehensum nobilem, resti ad collum alligato, citato
equo adjuncto, per paludinosam locum, densumq; latum, ut flagrorum
currere compellebant donec vitam exhalaret. Alios castro li-
gneo inclusis collis subjecta fumosa materia, cruciabant, multi-
tisq; verberibus et vulneribus concidebant. Dicitur propterea nō
potest, quantum barbariam, quantum ferocitatem exercuit
haec tyrannia colluvies, quam vindex Dei manes, in Polonia
ferre, satis benigne castigavit Anno 1657. Die 24. Julii qui dies
fuit sacer S. Christomae et M. praecedens Festi S. Jacobi Apostoli
Compositis itaq; rebus Rakocius cum Ducibus Polonia nobilitatis
seu potius militiae abitu parabat in Transylvaniam. At in
majus discrimen incidit. Nam Chamae Tartaria accurrens
cum suo exercitu, adoriri illum voluit. Ad pacem voluit flexisse
animos Tartarorum Rakocius. Sed Tartari sub specie pacis
dum media compositionis quaeruntur, Rakocianos aggre-
derentur, atq; incautos opprimunt. Unde praeter plurima prostra-
ta cadavera, millia 12 captivorum abduxerunt Tartari, inter
quos et Cancellarius et Dux noviter praefectus exercitus, et
flos nobilitatis hungaricae comprehensus, plebecula autem omnis
ferro subjecta est. Ipse Rakocius cum 6. militibus vix servatus
per Tszkiewicz, et ipsius legiones, domum revertit. Certe
agnovit ille vindicem Dei manum, non solum cum a Polonia
lexis, calomibusq; ad Barszizowka curiam diriperent, sed
et tunc cum a Szythi ejus insolentia castigaretur. Nam si-
tum dum ad Barszizowka spoliaretur, videns abacum
argentum monse diripi, quod estimatum est sexaginta mil-

libus imperialium. dixit. Miser ego homo, jam in quo cibum capiam non habeo. Quid tunc locutus e quando se toto exercitu exutum advertit?

Nostris tamen ductores legationem expeditaverunt ad Chanum inquirentes Cur adeo in Rakocium insilisset, praesertim cum ille plura ferisset cum Polonis et illi se pecuniam Rakocius daturum obligasset. Respondit Chanus se ideo fecisse quia non satis castigatam insolentiam Rakocii advertebat propter clementiam Polonum. Tum exasperatus addidit. Quid adeo clementis estis Poloni? Contra vestrum Deum agentem Rakocium impune dimisistis. Vestra ille Temple diruit, vestras aras, vestram fidem persecutus est, vestros sacerdotes mactavit, vestras domos spoliavit excuspit, et in favillas convertit Et tamen cum vindictam de eo sumere potuissetis minime faciendum putastis.

Verum Rakocius antequam Digredereetur a nostro exercitu, com. Praesidiarius pulsus est et litera Dare, et suos legatos mittere ad ea praesidia Rakocius que tam in defensionem Urvis Cracoviae, quam Gaudi in munitionem Brestae reliquit. Cracoviae enim cum Patri reliquerat millia 4. Brestae tria cum Gaudi Leathu. Erat autem Gaudi in arte bellica optime versatus, quia ad Rakocium transivit e Castris Serenissimi Regis Casimiri. Vafes fuit homo, qui prius placide insinuavit se in animos nobilitatis affabilem et humanum se cuicumque praestans. Verum successu temporis improbitissimis Judaeis contra Christianos machinas fruventibus, ferocior factus, praeter edicta non solum ad Palatinum Podlachiae, verum et Lublinensem dedit ut se sisterent ad celebranda Comitula Brestae. Interim cum Palatinus Vitomaz Sapicha ab exercitu Polono et Lithuano evocatus a Serenissimo Rege, Cracoviam versus excurrisset, protrahi dominatum supra Brestam Gaudi nolens, adiunctis aliquot vexillis Michaeli Radivilio iussit ad defensionem Brestae, mox ipse affuturus cum reliquis copiis. Anterea Dux Michael cum prope ad Brestae conspectum acciperet, Legatum mittit ad

Gaudi

Gaudi, per quem ad amicum colloquium, illum extra Brestam evocabat
 Gaudi arrogantius respondit se nequaquam Brestam exiturum, ideo
 quod Poloni versuti sint, simulac Lithuanis, mox inde se nullam fidem
 utriq; genti daturum Declaravit. Tuli equo animo Princeps fastuosum
 responsurum, quod dum vindicare cogitat, novos legatos ad Gaudi
 di mittit, petendo, ut sibi liceret Brestam ingredi ad mutuum
 faciendum colloquium, cum ille extra munitionem egredi nollet.
 Annuit petitioni Gaudi, atq; diem et horam colloquio praestitit.
 Adcipi mutuum diem et horam trecentis stipatus ad portam ac-
 cepit Princeps, atq; simulata amicitia cum omnes invicem se con-
 salutarant, et in mutuos complexus fuerunt, porte custodes loco
 custodiae dimoventes, aliis licentiam, qui praesto aderant aditu
 faciunt. Gaudi ignorans cum Principem in ades induit, ab illis
 qui ei significaverunt accipit, non modo portam sed et Brestam
 jam esse occupatam a Lithvano. Exclamat igitur Gaudi. Tandem
 porta. At Princeps apprehendens Gaudi inquit: et Brestam non
 tua jam est et tu n. tuum. Currit animo Gaudi atq; compositionis
 vias quaerit, sed illis esse debuit contentus, quae illi a Principe
 impositae fuerunt. Tandem Brestam exclusus Gaudi in Ungariam
 iter direxerat, jam Turbinum venerat in Ungarorum et Ger-
 manorum tribus millibus, et cum aliquot Lithuanis vexillis
 quae illum deducebant, sed mandato Serasipini, ad Cracoviensis
 castra ire iussus est cui imperio paruit.

Ferens qui
 fuerit.

Reliquerat Rakovium inter Varsavianam et Slaviam millia 6 hora-
 rum et Ungarorum quibus praefecerat Ferens. Erat autem Ferens
 ex Civitate Ucrainensi Human, quam Martinus Kalinowski Palatinus
 Czerniehovica, Campestrium copiarum praefectus, in numerum
 peditum adsciverat, et cum vidisset sagacem et industrium, in cu-
 stodem Rhedis eius apumpserat, atq; in Rupita fuisse, nne Unge-

viro, quasi Franciscum appellavit. Hic ad Balok occiso kalinows-
ski, ad kosacos se transtulerat, atq; facile inter nefarios, propter
vulsiem et sagacitatem, in legionis Gustorem excreverat. Var-
savianam veniens, adjunctus promotione Anton, a Rakocio milli-
bus 5 Praefectus est. Hic insidiari cepit vite Zegocki Capiti
Barnimostensis, qui paulo ue, cum Socer Gustavi Caroli, expu-
gnare voluisset, atq; penas sumere De Constantensibus Jaculis, qui
praesidia Caroli Gustavi existerant, venientem Zegocki ad porta
Costenam operiebatur, atq; incertum stantem, plumbeo globo
trajectum occidit, committatumq; ejus profugavit.

Rem pteclari gestam a Zegocki Succentoribus et haeticis et preu-
depoliticiis, nobilitas traducere cepit, atq; velut reum criminis
accusare. Quod Zegocki advertens festinato se ad Serenisprimam,
Casimirum contulit, atq; fidem in Regem et Regnum testatus e
Dux collaudata virtute Patria et avita duobus illa vexillis vele-
tum praefecit. Hic Czarniecki se adjunxit cum comitatu
suo. Interim cu Czarniecki circa Petricoviam occupatur ex-
pugnando Socios, Ferens insidias Zegocki struere n negle-
xit, se junctum a Czarniecki videns. Non fuit ignarus fraudis
et dolorum Zegocki sed saepius incertum Ferens adoriebatur
atq; ex captivis intellecto consilio Ferens communicato con-
silio cum Czarniecki. Ferensum n procul Ravas. jam enim
Ravam venerat Ferens cu toto comitatu in aperto campo
praestolabatur. Interim noctu accurrit Czarniecki, atq; Sylvis
inmediens militem, quinquaginta in eo loco ponit, in quo Zegocki
hosti videndum se praebuit, paulo remotius Zegockia statuens,
sibi autem cum manu militum Sylvas Delegit. Hic Ferens

Zegocki exordia
militiae

videns

